Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

938

N:o 7848.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

LN 1005
A-trykket
ex 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

DANIÆ

DESCRIPTIO NOVA,

INSVLARVM,

AC PARTIVM PRAECIPVARVM, HVIVS PLAGÆ ARCTICÆ THEATRVM

repræsentans: Illustrissimi principis, ac Domini, Domini CHRISTIANI IIII. Regnum ineuntis, auspicatissimæ inaugurationi consecrata.

A

IONA KOLDINGENSI.

Ad calcem adiectus est eiusdem Authoris Carminum libellus res Varias continens,

PSALM. LXXII.

Deus iudicia tua Regi da:
Et iustitiam filio Regis, AMEN.

1594.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
apud Ioannem Feyrabendt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ICON

SERENISSIMI PRINCIPIS D. CHRISTIANI QVARTI,

DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM, GOTTORUMQ. REGIS, &c.

REGNA FIRMAT PIETAS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO IIII. REGI DANIÆ, *Norvegiæ, Vandalorum, Sclauorum, & Gotthorum, &c. Duci Slesuigæ, Holsatiæ, Stormariæ, & Theutomarsiæ, &c. Comiti in Oldenburg, & Delmenhorst, Domino suo clementissimo.*

INCLYTE Christiane, Rex Christianissime, hocce tã amplum, & Illustre munus regium, Celsitudini tuæ assignatum, ecclesiæ filij Dei, summum decus, ac emolumentum (auspice & Duce IEHOVA) pariet. Quod cum serenissimus parens, sanctissimæ memoriæ, secum frequen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ter meditaretur, atque etiam alto pectore ſempiternam ſuæ familiæ gloriam, & poſteritatis commodum diu libraret; ſtatuit, vt ſolemni nobilitatis, ac reliquorum vtriuſq; regni ordinum theatro, ad concionem vocato, tempeſtiuè id ipſum ediceretur, atque omnium ſuffragiis approbaretur.

Maximam quidem voluptatem, è ſuauiſſima progenitorum memoria, regiæq; ſtirpis continuata ſucceſſione, tanquam perenni fonte gloriæ, exuberantiq; delectationum flumine promanantẽ, mens Celſitudinis V. abundè hauriet: quod videlicet recta generis antiqui linea, nõ interciſa; ſed longa multorum ſeculorum ſerie ducta, aui, proaui, tritauique, Celſitudinis V. ac cæteri eiuſdẽ radicis Dynaſtę, regna hæc borealia obtinuerint: quibus multum claritatis attule-

attulerunt, quandoquidem legibus, iuſtitia, ſanctisq; inſtitutis ea gubernarunt, atq; rexerunt.

At quod Regibus atauis, Patreq; rege, ipſe rex ſis editus; atq; eo nomine, Eccleſiarum, ac politiarū in hoc Septentrione nutricius conſtitutus, id certè diuinum eſt.

Affluentiore iſta voluptate, honorumq; ornamentis, animus ſereniſſimi parentis prægeſtiens, toto anteactæ ætatis ſuæ curſu; neque feliciorem ſenſit, vel optauit diem; neq; ex vllis rebus natura, vel fortuna ſibi attributis, quicquam habuit ſplendidius, quod cū hac ſumma filij gloria comparari poſſe iudicauit. Neque credibile eſt regem optimum, deinceps conſequentibus annis, in ſpem alicuius rei lætiorem, mentem ſuam, erecturum; quam quo die, numinis fauore, ſoſpite, ac valente corpore,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

præsens ipse, auita, & regalia insignia, in filium homagio trãsferri cerneret. Nam postquam natũ florentissimorum luminum regni assensionibus, sic insigniri, maiorumq; more, regiis titulis ornari aspiceret, certò persuasus est, eum per immẽsum hoc orbis Danici spacium, perq; tot terrarum, marisque prouincias, merum imperium consequuturum.

Nos proinde subditi, principis nostri, fortuna blandiore animati, incredibili gaudio perfundimur. Quin imo ipsi fines DANIÆ, & NORVEGIÆ hilaritate erecti exultant, vnaq; collætantur.

Etenim omnium generum, ætatũ, ordinumq; homines, vberrimam hanc cõgratulationis ansam adepti, tanti regis filium, cui aditus ad amplissimos honores pateat, plausu lætitiæ dato, magnificè prosequuntur. Igno-

Ignoratur ſanè vtri magis gratulemur; parenti ne tam decoro habitu, eximiaq; corporis pulchritudine filium habenti, tanto imperio habilem? an filio magis? cui fortuna pronior, tam lætis initiis, vſq; adeo maturè arriſerit, affatimque omnia largita ſit.

Pari ratione, in ambiguo ponitur, rectiùs ne illuſtriſſimam C. V. ſua ſibi DANIA feliciorem arbitremur, an verius DANIAM ſuo principe tam illuſtri, ſibi dato, beatiorem opinemur? Quippe Celſitudinis V. generoſa indoles, venuſta facies, mitis vultus, regius ſpiritus, ingenij ſuprà ætatem præſtantia, liberalis educatio, & inſtitutio, morum gratia, & ad virtutem ſedula aſſuefactio, patrię de te, optimæ ſpei meſſem promittunt; ſemina enim pietatis, quæ iecit pater, nunc te filio regnante, in cul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

mos ſurgunt, de quibus diuino auxilio, ſpicas demetemus vberrimas.

Imo quoniam;

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus,

Hæc tam præclara optimæ indolis indicia, quæ iam dudum cum totius populi admiratione, paterni ingenij, auitæq; virtutis exprimendæ, laudabile ſpecimen, vereq; regium tyrocinium dederũt, omnes regni vtriuſq; ordines, quam optimè de te ſperare iubent.

Atque vtinam, iſthæc tam eximia ſpes, de tua maieſtate concepta, nunquam vel ſubditorũ opinionem fallat: vel ſociorum expectationem deſtituat, fruſtreturq;. Ita fiet quemadmodum confidimus, vt celſitudo V. virtutũ ſplendore niteſcens, & maiorum claritate ad laudem excitata, imperiũ ſumat, quod & diuturnum, & vtile reipublicæ futurum ſit. fiet inquam

inquam vt inter nos ante omnia Dei gloria promoueatur, ordinis ſenatorij authoritas vigeat: nobilium dignitas floreat, magiſtratuum ciuilium æquitas ſeruetur, plebis ſecuritas firmetur, maneatq;; atq; vniuerſi DANICI nominis ſplendor, magis, magisq; indies efflorescat.

Hæc enim omnia, ſub ſereniſſimi parentis C. V. moderato regimine, in immenſum creuiſſe ſenſimus. Cuius propterea, ſingularia in rempublicam Danicam merita, gratis animis ſubditi agnoſcunt: & vt par eſt, per omnem, omnium ſeculorum ætatem grata mente diſſeminabunt. Quæ Regni ornamenta, quanta, & qualia, tibi filio illuſtriſſimo, auſpicatiſſimis ominibus ad gubernacula prodeũti relicta ſint, ne in poſterum labefactentur, vel concidant, continuis precibus à Deo propitio efflagi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

tabimus: Tuæq; celsitudini, tam arduas res, cum multorum salute coniunctas aggredienti fausta omnia apprecabimur. Neque enim nos omni officio ergà principem nostrũ probè perfunctos putamus, quando in isto frequentissimo concursu, lætitiam mirificis studiis, & beneuolentia, inferendo manus, & homagium præstãdo peregimus, (ac si ad Plausum, & admirationem Theatri, gaudio & lætitia completi, duntaxat venissemus) sed & in omnes sequentes annos, Regis nostri nomen, grata memoria excipere, fortunam eius maiestatis, faustis ominationibus prouehere; & pro salute regia, maximè sollicitos nos esse decet.

Cum autem (vt ait ille)

Cæsaris arma alii canant:
Alii claram RODHON, *vel Mytilenen laudent:*

Ego

Ego vt veris patriæ laudibus vtcunq; inſeruirem, atque ſereniſſimæ R. M. aliquam præſtarem gratæ mentis ſignificationem, hanc Synopſin de ſoli genitalis ſitu, & ingenio, prę alijs elegi: eamq; dignam exiſtimaui, cuius contemplationi, aliquid otij, ſumma cum animi voluptate impenderetur. Conuenientiùs enim argumentum, electionis, & coronationis ſolemnitati, neq; inuenire, neque excogitare potui.

Perquam plurimis certè, rex inclyte, in hoc regno veſtro ampliſſimo, Doctrina, & ingenio; ſed fide, ac obſeruantia in Regem, amore, & ſtudio in patriam pro virili ornandam, paucis vel nemini ceſſerim. Quamobrem vt pręſtantiſsimi regis (patris C. V: feliciſsimę memoriæ) innumeris meritis me obſtrictum, ingratitudinis crimine vindicē: Tibi princeps Illuſtriſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Illuſtrſſime, nõ tantum paterni ſolij, ſed etiam ampliſſimarũ ipſius virtutũ hęredi, hanc qualemcunq; tuę Daniæ deſcriptionem, humillimè offero. Et hoc quidem partium ordine.

Primo originem, & appellationem vetuſtæ gentis DANICÆ, breui narratu exequar:

Deinde Regni ipſius partes, vnà cum præcipuis quibuſdam earundem proprietatibus, & circumſtantiis recenſebo. Quarum vtriq; antiquitatis, recentisq; memoriæ, monimẽta quædam inſigniora adnotabo.

Præcipuè verò fontes poſtremi belli, inter DANOS ET SVECOS geſti; cauſamq; exautorati regis eorum ſubnectam. Hiſtoria enim eius admodum inſignis eſt: docens regna diuinitus transferri, & ſtabiliri: piorumque principum conatus cælitus adiuuari, & contrà.

Interim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Interim illuſtriſſimam C.V. ſummiſsè oratam habeo: velit pro innata ſibi clementia, huic Serui ſui opellæ, qualitercunq; cõſcriptæ, faciem illuſtrem præbere: eiuſq; defenſionem contrà inuidorum venenatos morſus ſuſcipere: qui abſque dubio (quod de tantis rebus ſcribere cæptarim) declamitabũt me perſonam alienam, vires etiam longè ſuperantem induiſſe: Occinent nobis forſitan Horatianum illud,

Sumite materiã veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus; & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri?

Illis quidem nequaquam ſapientiæ profunditatem inuideo; non hercule magis, quam Oceano vndarum altitudinem: ſed potius voluptatem percipio, cum ea quæ mihi denegata ſunt, ipſis conſideranda, & polienda ſupereſſe video.

Quantum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Quantum autem ad tam præclaræ, & ſplendidæ materiæ tractationem, à me ſuſceptam attinet, nihil abnuo, me eam delineaſſe magis, quam vt decuit, illuſtraſſe.

Verum enimuero, quum præclaris, ac primæ notæ hominibus, vilia etiã munera placidiſsimè, benigniſſimeque accepta eſſe, conſtans fama referat: in bonam ſpem venio, me idem, in læto regni veſtri appropinquantis initio, apud ſereniſsimam C.V. in huius libelli dedicatione obtenturum.

Cui feliciſsimam, ac diutiſsimam regni adminiſtrationem, tutandæ reipublicæ alacritatem, proſperam valetudinem, ac omnium rerum gerendarum, à Deo Opt. Max. lætum ſucceſſum precor. Qui ſoliũ in quo C. V. collocauit, brachio ſuo ſtabilitum, angelorumque ſuorum manu

ſtipatum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ſtipatum, corroboret: regnumque tuum firma pace, & perpetuis ſubditorum obſequiis coronet. Vt honorum ornamẽtis, regiarum virtutum acceſsionibus, fortunæ liberalitate, atq; munificentia, ad extremum ſpiritum celſitudo V. affluens; fatorũq; ancipitem viam, in tam lubrico fortunæ ſalo, tandem aliquando placido itinere emenſa, ad verum beatitudinis portum perducatur.

IN



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

IN DESCRIPTIONEM DANIÆ AD CANDIDVM LECTOREM PRÆfatio, occasionem Opusculi continens.

ANNVS *decimus agitur, amice Lector, ex quo, præpropera quadam festinatione, de patria dulcissima, in Cõmentariolum quadam retuli: Cum vt veterum rerum memoria, teneri me ostenderem: tum vt sicut miles inermis, armatos probè, beneq; instructos è castris, in campũ prolicere, & ad pugnandum prouocare solet: vel tamquam* ἄφονος *dissonum, & ieiunum modulamen, ad nauseam occinens, insuaui suo clamore, cantorem ad concentũ impellit: Sic ego, vt alios, qui hisce, res grandiores, animis suis conceperunt, & exactiora documenta apud se detinent: mea qualicumq; designatione, ad maius aliquod huius generis officium patriæ præstandum excitarem.*

Operis autem ianuam, mihi primum HENRICVS BELOVIVS, *Regius arcis* KOLDINGENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

GENSIS *Præses, vir sanè clari nominis, tam studiis literarũ, quam splendidis natalibus insignis aperuit, ansamq; scribendi dedit. Ipsi aliquando* RIPIS CIMBRORVM, KOLDINGAM *redeunti, placuit in isto suo regressu, (quomodo Regem cum aliis heroicis hospitibus comitatus frequenter consueuit) ad meum pastoritiũ prædiolum, quod hic in* GAMSTADIO *incolo, diuertere.*

Accidit autem quod inter cænam, mentionem faceret BELOVIVS *colloquii, multis verbis, vltrò, citroq; habiti, inter se, & magnificum Dominum Cancellarium, Dominum* NICOLAVM KAAS, *supremum* DANIÆ *proregem, & hæredem castri* TAARVPÆI, *de finibus huius terræ, de latissimo locorum tractu, nominibus partium, earundemq; numero, & propriis naturæ dotibus. Quarum particularem Topographiam, exactamq; chorographiam, à quopiam huius ætatis homine, pro dignitate definiri posse, ferè diffideret Dominus Cancellarius, quum & alterum* STRABONEM *in istis salæbris hæsurum crederet.*

Hanc in perscrutanda rerum vi, ac natura Domini Cancellarij perspicientiam expendentes, causamq; altius disquirentes, dictæ sentẽtiæ, (perspecta rei difficultate) mutuis subscriptionibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

nibus assentiri; eamq; vt ratam, & firmam internoscere, adducti sumus. Etenim peritissimo cuilibet Geographo, omnem animi curam in hoc impendenti, seq; totum in iis contemplandis ponẽti, perdifficile fuerit Symmetriam horum locorum inuestigare, atq; tot terris prouinciatim lustratis, ex immensi laboris fluctibus, ad consummationis littus emergere.

Rem ergò difficilem sanè linquentes, in sermonem exinde (vtifieri solet) de numero, fertilitate, magnitudinibus, & interuallis, nonnullarum huius terræ partium, & insularum delabimur. Quarum cum eo tempore, non probè gnarus esset BELOVIVS, *à me petiit earum saltem nomina, cum propriissimis naturæ adiunctis, quibus maximè excellant sibi cõscribi, & annotari. Quas partes molestiæ haud expertes, diffidenter, ac trepidè suscepi.*

Sed enim iisdem penè diebus, serenissimi regis decretum exiit; quo suum ergà filium grandiorem natu amorem, verè paternum, profusè declarauit; eumq; in Regni successorem, omnium ordinum suffragio, & consensu assumi, eligique voluit.

Eamet accedẽte occasione, ardentius inflammatus sum, vt de tam latis Imperij DANICI *finibus, stylum huc, & illuc traducerem: simul-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

que per ſingulas gentes regni amplitudinem, & maieſtatem penitiori intuitu perrimarer. Vbi ſtatim in frontiſpicio, primoq; obtutu, res multiplices, ac admirabiles, ampliori cognitione digniſsimæ, contemplantis animo propius ſubiectæ, & expoſitæ ſunt.

In externis igitur accuratius indagandis alios curioſiore obſeruatione fruſtra laborare arbitror: cum circa domeſtica quibus abundant, ſatietate quaſi langueſcant, animoque peregrinentur.

Hi exotica quidem vt ſuauia, & pretioſa, auidiuſculè expetunt: eademq; proni, vt mira, & noua, aure ſuſpenſa bibunt. Sed perperam alienis immorantur, dum circa præſentia ſtertunt, quæ & diligentiorem conſiderationem requirere videntur; & negligunt, quæ maiorem gratiam merentur.

Quid quæſo exterarum gentium mores noſſe; peregrinarum regionum commoditates demirari; triumphos ve Lybicos ignotorũ virtute partos expendere; vel ſaltem heroum Imagines pictas, ad oblectandum animos noſtros perſtudiosè conquirere (vt de NERONE *ſcribitur) nobis profuerit? Sicubi noſtrorum hominum virtutes deſpicimus; & conſimilia ſtratagemata exprimere non annitimur; mille victoriarum*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ctoriarum prosperitates, maiorum virtute acquisitas obliuiscimur; & præclara facinora ab iisdem patrata præterimus. Naturam proinde antiquissimā patriæ nostræ supini negligimus, domi nata mirabilia non perscrutamur: Innumera denique bona huic terræ diuinitus concessa, non admiramur, quia in peregrinis inuestigandis nimium occupamur.

Sed perpendantur in DANIÆ *regno nonnulla, inueniet spectator minimè ociosus, ea solerter intuens, modo res omnes veris pretiis æstimet, terram hanc neque bonitate vbertatis suæ aliis regnis nobilissimis cedere: neque maiores nostros, consilio, prudētia, & armis, minus potuisse, quam cæteras nationes.*

Exhilararer mirum in modum ô patria dulcis, si inter tot præclara ingenia, quæ liberalissimè alis, amplisque præmiis adficis, talis vir exurgeret, qui & ludentis apud nos naturæ varietatem vigilantiùs inquireret: atque rectè facta DANORVM, *per totum terrarum orbem literarum monimentis diffunderet; ne situ, & tenebris computrescant; vel quasi sepulta,*

Vsura lucis careant, lateantve, sed extrà
Septa domus volitent, docta per ora virûm.

Ego interim tam φιλόπατρις, *quam qui maxi-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

mè, vt regi FRIDERICO II. *ter pientiſſimo, qui tum ad gubernacula ſedebat, aliquo modo gratiam referrem, & filio eius maieſtatis electo, hoc literario ſtili officio gratularer; magnificoq; ſimul heroi* Dn. NICOLAO CAASIO, *archicancellario, cũ aliis regni Senatoriis proceribus dignitate proximis; omnibusq; ſplendore generis, & familiarũ claritate præſtantibus viris gratificarer, in iſtum frequentiſſimæ multitudinis cætum, gratulabundus prodii: notasq; harum inſularum arcticarum partes obiter attigi. Quæ quoniam haud ita exteris omnibus, remotiori præſertim à nobis cælo habitantibus innotuere, in eorundem quoq; gratiam (craſſa licet minerua) in publicum emiſſa ſunt. Non tamen hac opinione, quod terram hanc, & gentem noſtram, aſciticio quodam laudis genere egere exiſtimarem, (cum hæc ab antiquiſſima hominum memoria, rebus præclarè geſtis magnopere commendetur: illa verò nihil minus bonitate, ac precio ſuæ naturæ, vtilitateq; effusè celebrem ſe reddat: quibus colluſtrandis intenti, oculos ſuos delaſſari ſentiant, ſatiari numquam) ſed potius, vt quæ vel imperitæ multitudinis incuria, haud obſeruata; vel ventoſis aliorum pollicitationibus ſuo præconio defraudata ſunt, ab interitu vindicarem, (ſunt enim, qui cælum, aerem,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

aerem, & terram pollicētur, ſolam terram præſtant) Maximè verò vt peregrini, rerum DANICARVM *adhuc ignari, vel perexili auditiuncula de iis aſperſi, magnitudinem huius ditionis, cuius cumulatiſſimè diues eſt patria, æquis oculis intuentes, omniaq; ad calculum debite reuocantes, magnificentius de rebus ampliſſimis ſentirent; & rectiùs iudicarent, aliorumq; gloriam, & felicitatem, falſa opinione imbuti, extenuare deſiſterent.*

Peruenit iſtud impolitū meum Coronarium ad multos: & præter opinionem meam, ad manus ornatiſſimi, ac Doctiſſimi viri, GEORGII BRAVNII *Colonienſis perlatū eſt: quem in ſua Orbis deſcriptione, quātum ad huius terræ perluſtrationem attinet, inde nonnihil adiutum eſſe video, & lætor.*

Quamobrem etiam alias res DANORVM *ampliores, immortalitate dignas, & in poſterum publicandas, romana potius lingua (quæ poſt græcam, nunc apud omnes in frequentiſſimo vſu eſt) quam populari pertexendas eſſe iudico, vt & illuſtris admodum maiorum fama, literarum monimētis, ad exteras nationes, quo ipſi corporibus penetrare non valuerunt, latè diffundatur: & poſterorum animi, conſtantibus fortium virorum exemplis, ad virtutem firmentur.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

In hunc finem GRÆCI, ITALI, GALLI, HISPANI, GERMANI, ANGLI, SCOTI, POLONI, *res à se gestas, græca, & latina lingua, memoriæ mandarũt, extraq; limen, ad nos fideliter transmiserunt: quo nomine eos amare, & eorum scripta diligere meritò obligamur.*

Vobis verò charissimi compatriotæ, notiora sunt hæc, quæ à me dicentur, quam vt vestra causa, longiori rerum nostratium commemorationi indulgeam: attamen quod notæ sint, ne ideo eas coaspernemini, etiam, atq; etiam oro, & obtestor.

De fauore proregum, in spem magnam erectus sum: & præsertim de beneuolentia Magnifici Domini Cancellarij minimè dubito: quin pro suo consueto in literas, literatosque amore, meum hunc qualemcunque conatulum, in illustrando gentis nostræ nomine iteratum probaturus sit. Maximè verò id futurum confido: quia ipse Dominus Cancellarius, à primis cunabulis, in gremio musarum altus, & educatus, linguarum & philosophiæ studiis addictissimus, progressus maximos in iis fecerit; animumque incredibili historiarum amore, accensum habeat. Quibus delitiis tantopere tenetur, vt earũ notitia, augustaq; memoria, nihil quicquam prius æstimet; nihilq; antiquitatis studio, anti-

quius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

quius ducat. Vnde & iure merito, de tali, ac tanto heroe, gloriari poteſt DANIA *vniuerſa. Cuius nomen immortale, nunquam ceſſabit, ſed in animis hominum permanentius hærebit: Siquidem quando omnis ἄμουσος vt inglorius, & ignobilis obliuione profunda obruetur: Is perpetuis muſarũ monimentis celebretur, ſtilog, nulla vetuſtatis edacitate intermorituro ſignetur: Dignum enim laude virum, muſa vetat mori.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

DESCRIPTIONIS DANIAE, PRIMA PARS, DE ORIGINE, ET APPELLATIONE, *huius gentis.*

SCIO clementissime Rex, me descriptionem Daniæ, plurimarum rerum copia affluentis, tenuiori filo adornantem, nixuque vocum infæcundiori aggredientem; nihil argumento tam splendido, æquè dignum, politumve satis afferre posse: quin idem (hoc præsertim seculo erudito) à complusculis doctioribus, perfectiori ingenio, & calamo nitidiore, illustrari possit. Quæ impedimenta, & incommoda, pedes meos, ex arena propemodũ reuocassent: & me à scribendi officio deterruissent.

At me hîc attonitum animauit caritas patriæ, animauit honesti ratio: quibus innixus, haud diffidendum ratus; quin tantò ala-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

tò alacrius materiam, ad patriæ laudē tam oportunam,& aptam, frequenterq; animi mei inductione agitatam, ſtilo pro virili perſequerer.

DANIAM igitur fauſtis auibus delineaturus,principio,vt ante propoſui,gētis huius originem, & appellationis rationem (de quibus multum auctores variare video) breuibus enucleare conabor.

Illa verò diſquiſitio, paulò altius mihi repetenda videtur; videlicet à tēpore ceſſati diluuij. Hinc enim neceſſariò initium ſumendum eſt.

Cum enim ex aquis emerſiſſet terrę ſuperficies, & ab alluuionis diuturnitate eſſet liberata: ilicò orbis terrarum, tribus Noæ filiis diſtributus eſt; qui ſunt SEM, CHAM, ET IAPHET.

SEMO, *eiuſq; poſteritati ceſſit* ASIA.

CHAMVS APHRICAM *ſortitus eſt.*

IAPHETO *autem minimo natu, virtutibus heroicis, pietate, animiq; præſtantia prædito, Europæum imperium contigit.*

IAPHETO natus eſt è FLIVA vxore (vt quidam volunt) filius MAGOG. Qui annos diſcretionis egreſſus, aliquanto poſt diluuium tempore, circa DANVBIVM ſuis cohabi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

cohabitans; vel vt alij malunt, Meotidis paludes accolens (vbi principiũ EVROPÆ ſtatuitur) gentem procreauit GOTTHICAM, appellatione ab vltima ſyllaba ſui nominis petita inſignitam, Authore PAPIA, cum HIERONYMO.

Quanquam alij Gotthos à GOMER, primogenito IAPHETI filio, originem traxiſſe exiſtiment. Quorũ ſententiæ, cum EVSEBIVS, atq; alij plerique, qui de origine gentium ſcripſerunt, lubentius acquieſcant, ego etiam facilè aſſilio.

Certe Carion, eiusq; illuſtratores, idem ſtabiliunt; Gomerq; authorem, & ſatorem gentis Cimbricæ comprobant: atq; Europæ, ac Aſiæ ſeptentrionis partem non exiguam compleuiſſe teſtantur.

Similiter libro 2. ex STRABONE, & HERODOTO, allegant Cimbros (apud quos Gotthicum nomen, in hodiernum vſque diem hæſit) Cimmerios dictos fuiſſe: quos ſupra THRACIAM ſedes habuiſſe, nomẽ Boſphori Cimmerij coarguit. Vnde per vicinam RVSSIAM, LITVANIAM, LIVONIAM, ET BORVSSIAM, non vſq; adeo longum eſſe tractũ, ad hanc noſtram Cimbricam Cherſoneſum, experimento compertum eſt.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

De huius verò appellationis origine, gentisq; eiusdem migratione, statim hæc verba subnectuntur;

Consentaneum est (inquit summus historiarum cognitor MELANTHON) nomen esse à Gomer filio Iaphet: atque ex oriente progressos Cimmerios, ad hoc nostrum littus, sicut & aliæ gentes progressæ sunt, Getæ, Dai, Syeui.

Et alibi in præfatione, quam libello clarissimi viri Doctoris Palladij de hæresibus præfixit, hunc in modum loquitur;

Dai, & Cimmerij, inde vsque ex Asia progressi, ad Cimbricam Chersonesum latè regnarunt, nõ solum in littore Arctoo, sed etiam in aliis Europæ partibus.

Gentem proinde, quam intelligi seòrsim velit, idem dilucidius exprimit:

Cimbrorum (ait) nomen retinet Cimbrica Chersonesus; itaq; obscurum nõ est, quæ gens fuerint Cimbri.

His verbis quid luculentius? quidve apertius dici potest? Vtrumque in nos quadrat: Terram siquidem incolimus; nomen etiam retinemus.

Remansit etiamnunc insulæ imperio subiectę, nomen FIMBRIA, quam rectiùs (vt

(vtreor) transpositione vnius literæ pro alia, Cimbriam dixerimus.

Est proinde in SCANIA nostra, ciuitatula maritima, eaq; vetustissima, quę CIMBRISHAVEN appellatur, idem sonans, quasi CIMBRORVM portum dicas.

Nomen Cimbricum plures gentes glorię auidę, sibi vsurpare haud verentur, quibus tamen parùm competit. Nam si Germanis Chersoneso nostræ Cimbricæ vicinioribus attribui iure nequit: quanto minus aliis procul dissitis gentibus assignabitur? id quod vel è Ciceronis pro lege Manilia oratione, manifestum est: In qua C. Marij fortitudinem celebrat, & Cimbros diuersos populos à THEVTONIS esse probat;

Idem, inquit, *cum* IVGVRTHA; *idem cũ Cimbris, idemque cum Theutonis bellum gessit.*

Appianus Alexandrinus idem de bellis GALLIGIS corroborat; vbi progeniem Cimbrorum, & Theutonum diuersam esse asserit.

In hoc etiam Tacitus nobis astipulatur, quandoquidem Cimbros Oceano proxumos collocat. Sed fontem huius erroris facilè

cilè est, è consuetudine quadam bellica, & militari videre. Etenim quemadmodum Itali, Galli, Germani, aliique gregarij milites, cuiuscunque nationis, ac loci, qui (exempli gratia) sub Hispaniarũ rege stipendia peragunt, licet ab Hispanorum sanguine, & genere alieniſſimi sint; omnes tamen communi vocabulo Hispani nominantur. Eadem ratione, NORMANNI, SVECI, SAXONES, aliæque Germaniæ, Angliæ, Franciæq; gentes, quotquot vspiam susceptis expeditionibus, Regi Cimbrorum iurarũt, eiusq; auspiciis ducti, Cimbri generatim dicebantur.

Annales gentiũ tradunt Gotthos, tempore SARVCH proaui ABRAHÆ, mirum in modum creuisse: ac vsq; adeo multiplicatos, vt tellus licet fertilior, neq; multitudini satis esset; neq; victualia subministrare sufficeret. Certum enim est patres, ob maiorem Dei cultum, & feruentiorem religionis curam, & fæcundiores, & longæuiores, nostræ ætatulæ, hominibus fuisse: cum nunc genus humanum instar cerę solis calore liquescentis, diffluat: neque in vno, eodemq; statu, diu persistat.

Annosa itaq;, & numerosa Gotthorum multitu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

multitudo, domesticis penatibus effusa, antiquas mutare sedes, aliamque latiorem terram arripere maturauit.

Vna pars eius ad SVECIÆ, ET NORVEGIÆ plagas tum incultas deuenisse fertur.

Alteram longis erroribus actam DANICAS has regiones vacuas, & nondum à Diluuio inhabitatas, obtinuisse narrant.

Hic trium Regnorum populus contribulis, habitu, militia, armisque sibi simillimus, etiamnunc Gotthicus dicitur: atque vna lingua, minima in dialectis, & pronunciatione interueniente discrepantia, vtitur: vt sub vno cæli fornice florem enatum, germenq; vnum, vno quasi è cespite exortum agnoscas.

Hæ, atq; aliæ gentium peregrinationes, docent omnes res mortalium euanidas esse: nosq; exules, donec in hac fragili cute hospitamur, monent, vt eas tanquam fluxas, & caducas despiciamus; & attollentes oculos, mentem, & cogitationem in cælestibus defigamus, vbi nostra est vera, & germana patria, qui hîc manentem ciuitatem non habemus. Sic enim melius præparamur, ad iter cælestis patriæ, cum hora ex hoc

hoc carcere exeundi, adúenerit.

Post commemoratam modo migrationem, gens ipsa sub asperiore cælo edita, atque ad Septentrionis horridum mare, præ aliis in temperata aeris regione degentibus inconcusso virium robore animata, bellandi adsuetudine, & peruicacia, in finitima loca longiùs progressa, latiusq; indies ramos suos diffundens, remotissimos tandem acquisiuit terminos. Nam teste BARTHOLOMÆO Anglo, hæc gens, dura, & atrox bello, BRITANNICIS, Noricis, multisq; aliarum regionum insulis dominabatur. Sed postquam elementis mundi seruire, & multa gentium simulachra colere desiisset: Et contrà, musas cum literis admittere, & Euangelium amare statuisset, consentaneum est, quod gens eò vsq; indomita, effrænatam animi ferociam, tandẽ exuerit; & emollita ciuilem cultum, humanitatemq; amplexa sit.

Hoc modo per Gotthos, in hisce oris multiplicatæ sunt gentes: & regna Septentrionis, latissimis propagata sunt finibus.

Vnde liquidum est, DANOS, SVECOS, ET NORMANNOS, ortu, & genere Gotthos esse: ac pro vna, eademq; Gomericæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

radicis ſtirpe, ſine omni ambiguitate reputandos.

De DANIS inde ſuum ducentibus ortum, tales in antiquiſſimo manuſcripto codice, ſunt verſiculi reperti;

Gotthi ſunt DANI; DANI *Gottiq; vocati,*
Hos armis genuit, quia Schytica DANIA *ſæuos:*
Traditio veterũ ſimul & Schytas vocat illos,
Nomine ſic terno, gens DANICA *magnificatur.*

Vides beneuole lector, Gotthicũ primum, & principaliſſimum nomen, genti huic Boreali, primis temporibus impoſitum eſſe. Quod ſanè ceu originis antiquiſſimæ certum indicium amare, exoſculariq; meritò debemus: præſertim cum ex eo, proſapia vetuſtæ noſtræ gentis eluceſcat, quæ nemini vulgaris reputanda ſit, cũ à tanto heroe, exordium ſuum traxerit.

Tempus verum edax: & vetuſtas conſumpſit.

Omnes proinde res melioris notæ, ab hac gente, variis expeditionibus præclarè, ac fortiter geſtæ, (quarum prôh dolor, maxuma pars eius ætatis barbarie, profundoq; ſcriptorum ſilentio, veluti Lethæo flumine demerſa interiit) ſub hoc nomine ad poſteros tranſmiſſæ ſunt.

Antiqua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Antiqua etiam ſecula (ſi modo veterum monimẽtis habenda ſit fides) hoc nomen, gentemque vehementer pertimeſcebant. Cui ſententiæ OROSIVS libri vndecimi capite XV. conſonat: vbi affirmat Pyrrhũ audito hoc nomine exhorruiſſe: Cæſaris animum ad eius famã trepidaſſe: magnumq; ALEXANDRVM conterritum, Gotthos vt inuictæ fortitudinis heroes, euitandos adhortatum fuiſſe.

Tantum quippe terrorem, magnis orbis terrarum monarchis, & gentium plurimarum debellatoribus, virtute bellica incuſſere, vt grauiter APPIANVS dixerit, eorum nomen, totam ITALIAM inuaſiſſe: Cuius incolæ, diu ad horridæ gẽtis famam, aduentumque, timoris amentia fracti, ne hiſcere quidem auſi, fruſtra arma ſumpſerint, infeliciterq; vt plurimùm pugnarint.

Cæterum quia varia cognomina regibus attribuuntur, vt partim eos officij ſui admoneant: partim variarum palmarum acquiſitarum, & potentiæ, qua pollent, publica ſint teſtimonia: Gotthicum inter alia, apud DANOS, vt peculiare, in hodiernum vſq; diem hæſit.

Quod quidem nomen, ne gens hæc, va-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

na gloriatione sibi arrogare videatur: neve regius titulus eo parùm iustè honoretur, veluti cum inscribitur:

NOS CHRISTIANVS IIII. DEI GRATIA, DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORVM, SCLAVORVM, GOTTORVMQVE REX:

Locus exigit, vt Gotthico nomine, regibus, & populo DANIÆ inscripto, pauca quædam interponam.

Gotthi intra hanc planiciem amplam, & SVECIÆ, NORVEGIÆQVE montana positi (vti superius monstratum est) ex aduenis, mox indigenæ facti, lentaque adauctionis radice multiplicati, vt prius solũ, & cælum vertebant, postmodum nomen commutarunt.

Enimuero, cum & domi confusa plebis democratia, regulorumque de summa rerum inter se concertantium ὀλιγαρχία indigenis molestissima quæq; accideren: & domesticis motibus externæ clades accederent: cumq; exactionibus inusitatis, & exterorum hostili incursione, ac impressione incolæ diuexarentur: Sapientiores, reipublicæ subuenire cupientes, formido (vt decuit) omni ex parte occupauit: ne sic antiquum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

quum imperij decus, turpiter dissoluere-
tur, neve ęgrotans respublica ciuilibus bel-
lis, ad mutuum interitum properans, liber-
tatem amitteret.

Iccirco pacis interesse perpenderunt, si
pernicioſissimam hanc intestinarũ factio-
num matrem, cum viperinæ suæ conce-
ptionis fœtu pestilẽti, bello nimirum ciuili
retunderent, & super se caput regiminis,
ducemque communem, penes quem, om-
ne maiestatis decus, consiliorum modera-
tio, tota deniq; reipublicæ salus, omniumq;
rerum gerendarum summa esset, statue-
rent.

Ad regiam igitur authoritatẽ, tamquam
extremam malorum medicinam, & reme-
dium, confugere sitiuerunt: sperantes hac
varia magistratuum forma mutata, ac in-
terno imperij robore, in vnum corpus coa-
lescente, & rempublicam firmiorem, & ad-
ministrationem feliciorem fore: Si legibus
longè aliis, longeq; aliis ritibus introductis,
administraretur.

Huius verò Monarchiæ instituendę, oc-
casionem non minimam præbuerunt Scla-
ui, prædandi studio inhiantes. Qui manu
seruili contracta cõtinentis nostræ Gothiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

agros, militari populatione, ferro, ignique peruastarunt: Et regni municipia creberrimis incursionibus inquietarunt. Quibus vt promptiùs, & cõmodiùs viam obstruerent, ac reipublicæ vltimæ necessitati consuleretur, regem creandum esse, omnes, omnium officiorum ciuilium Ordines, vno ore consentiunt.

Regnum enim inter deos, & homines res pulcherrima.

En ex omnibus, DAN, filius HVMBLI,
SELANDIÆ:
FALSTRIÆ,
LALANDIÆ, &
MONÆ,
Dynasta potens, ea tempestate Athleta, ac pugilum maximus, hastiludiis, variisque bellorum exercitiis, tam generosi animi dotibus excellens, quam corporis viribus heros præualidus, cõmodùm occurrebat.

Ad eum igitur ob rerum gestarum amplitudinem, maximè verò ob speciosissimam operam aduersus SCLAVOS, iam pridem contusos, vectigalesq; factos, DANIS probè nauatam, regnum vltrò deferebant. Qui primus ab illis vnanimi procerum suffragio, ingentiq; applaudentis populi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

puli fauore, regis titulo, ſuæ virtutis præmio, cohoneſtatus eſt:

Anno mundi bis milleſimo, nongenteſimo, decimo.

His initiis, DAN felici fortunæ aura, ad poteſtatē regiam euectus, de ſuo ipſius nomine, regno, nomen in perpetua hæſurū memoria dedit. Nam decreto per totum regnum proclamato, vt imperium ſua virtute conſtabilitum, & in formam ſolido fundamento redactum, poſteris cum nomine relinqueret, DANOS, nō Gotthos, DANIAMQVE non Gothiam, per omnem inſequentem ætatem, in ſui nominis ſempiternam memoriam dici præcepit.

Atq; ita, nulla gentis, naturę, ingenij, linguæ, priſcæve virtutis monſtroſa transfiguratione, ſubitave metamorphoſi facta, neq; veteri animoſitate exuta: ſed ſolo excellētiſſimi ducis, iam omniū ſuffragiis, regis creati, nomine popularibus inſcripto, ex Gotthis DANI, eueſtigiò prodiuimus.

Quemadmodum ANGVL, GRITTÆ primæ reginæ Danorū germanus, dicitur ſub idē ferè tēpus, nomen BRITANNIÆ inſulæ vetuſtate celeberrimæ, Daniſq; iure belli ſubiectę, antiquaſſe: & de ſuo nomine ANGLIAM appellaſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Hoc vt insuetum ne quis miretur, adhibenda, & replicanda sunt antiquitatis, cùm sacra, tum prophana exempla: quibus eam consuetudinem solemnem fuisse, multisq; seculis inoleuisse conuincitur.

Nam vt de multis, vnum, aut alterum depromam, neminem latere puto, quod CHANAAN sic principio, à CHANAANE appellata: postmodum à IVDA rege, IVDÆA sit dicta.

Neq; aliter Latium regnum florentissimum, olim BRVTIA, OENOTRIA, & Saturnia tellus vocata, ITALI regis sui denominationem induit, qua in hodiernum vsque diem ITALIA nuncupatur. hoc poëta intendit:

Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.

Variant autẽ etymologici, super hisce appellationibus, nostræ terræ atque genti attributis: & se sine fine macerant. Etenim rationem quandam earũ coactam, parumque cum veritate Etymologiæ congruentem, adfingunt: Dumque riuulos longiùs consectantur, fontes proximiores deserũt.

DANOMARCHIAM alij ab accolis DANVBII dici: quos inde huc profluxisse, fidem faciunt.

Alij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Alij aliter ſentiunt, DANIAM, à DANIS Græcis primitùs occupatam, eosque terræ nomen dediſſe: Inter quos eſt BEDA, ET BARTHOLOMÆVS de proprietatibus rerum, vterq; Anglus.

Non abſunt, vt omninò aliquid dicant, qui DANIAM quaſi prolificam parentem, plurimorum bonorum datricem appellari autumant: quod encomium, & terræ fæcundæ; & Incolarũ ſplendori tribuendum eſſe cenſent: qui hoſpitalitatis officiis in peregrinos propenſi, liberalitatis gloriam promerentur.

Nonnullis ſubtilior notatio vocabuli MARCHIÆ arridet: qui marchiam à mari, & archia cõflatam eſſe putant, quaſi maris ἀρχία. quę ſanè etymologia, idem ſonans, quaſi maris principatum dicas, cum re non pugnat. Sunt enim omnes huius regis principatus, & archiæ, ad mare ſitæ, inſulis, vel peninſulis in ambitu contentæ.

Magnum etiam maris imperium, penes Neptunum DANICVM, ſemper à cõſtituto hoc regno fuit, quod res geſtæ oſtendunt.

Et vt regio hęc maritima eſt: ita ciuitates in ea frequentiores, pleræque maritimæ & portuoſæ ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Danomarchiæ interim etymon, ad noſtræ Linguæ proprietatem accõmodatum tolerabile eſt, & nõ malè quadrat: compoſitum enim reuerà videtur à DAN, ET MARCH, idem patrio ſermone ſignificans, quaſi DAN regis ager, vel campus: vel DAN cãpo potitus eſt, ſiue palmã obtinuit. Nos ſic reddimus DANS, eller Kong DANS Marck/ Land/ Rigs: Item DAN Beholt marcken.

Sed operę diſpendium facere me puto, ſi plura, de re Luce clariore retulero: ni φῶς τῷ ἡλίῳ δανείζειν de me dici velim.

Interim poſteriori hac notatione fruamur, niſi quis magis veritati conſonam attulerit.

Non deſunt autores, qui ANGLOS, ab Angli Saxonibus dici inferciunt Quod cũ nobis perſuadere conantur, calceos gigantęos, pigmæorũ agmini, & cothurnos dormientis Herculis infanti adaptant.

Nam innouare, vel mutare vetuſta nomina gentium, & inducere noua, nõ ea penes priuatos, ſed principes, libera ſemper poteſtas fuit: qui loca, quæ quouis modo occupauere, in ſuum nomen aſſciſcere ſolent: vt ea ratione, ingẽnuitatis homines immortalitate donentur, & apud poſteros,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ſteros, ſui memoriam perennent.

AngliSaxones, in quodã tractu Peninſulari SVNDERIVTHIÆ, vel auſtralis noſtræ GOTHIÆ habitantes, videlicet Ducatus SLESVICENSIS incolæ, (à quibus hiſtoria manuſcripta HAMBVRGENSIS, Anglos dici aſſeuerat) Danicũ imperium ſemper amplexi ſunt, quemadmodũ idem etiamnunc agnoſcunt, & venerantur.

Fallitur igitur, & toto cœlo errat, qui eos inuito rege ſuo, laborioſiſſimam, & remotiſſimam expeditionẽ, propriis viribus auſos, credit vnquam in BRITANNOS mouiſſe.

Multò minùs fidem meretur, nauicula vna, vel altera inſulam ſubiugatam eſſe, vt tradit Abbas STADENSIS.

Cum enim ad tam ingentem exercitum traiiciendum, cuiuſmodi ſecum tranſportaturi erant, qui ſibi victoriã pollicerentur, nauibus quamplurimis opus fuiſſet, quæſo vbi horum ANGLISAXONVM inclyti portus? vbi naualis gloria? aut quãdo ipſis maritima reportata trophęa? Rebus certè naualibus, & nauigandi ſcientia ANGLISAXONES, cum ANGLIS rei naualis peritiſſimis, ne quidẽ conferri potuerunt vnquam.

Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Quare verisimilius est auspiciis Neptuni DANICI, NORMANNORVMQVE ductu, validam, & procinctam classem, toties instructam, quoties per tot, tamq; longinqua maria, formidabilis expeditio, suscipienda fuit.

Alij dicunt ANGLOS esse genere SAXONES, ad quos insulæ imperium venit. Eorum sententiam vt veram recipimus: ita tamen, vt prius DANO, suus honos tribuatur. Quod videlicet is ANGLISAXONVM, & quondam totius Saxoniæ dominus, à numerosa classe firmus, primùm hãc glaciem fregerit.

Deinde pro suo arbitrio, terram iam armis obtentam, & perdomitam, ANGVL beneficiario, & vasallo suo liberalissimè possidendam tradiderit: à quo ANGLIA iuxta Saxonis sensum dicta sit. Et licet explodant hoc alij, quibus aliter persuasum est: tamen lingua Anglicana nostras rationes confirmare videtur: quæ ex commixtione Danici sermonis confusa, & deprauata est. In ea siquidem nostrates, non solummodo vocabula frequentiora, sed & integras phrases, haud multùm diuersas, agnoscunt: quanquam sono, & pronunciatione nonnihil discrepent.

Neque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Neque tamen inficias eo, maiores ANGLISAXONVM, vti ſubditos decuit, regi Danorum aduerſus BRITANNOS militaſſe: & vna ſub eius ſignis ſtipendia peragiſſe. Nam venerabilis BEDA teſtatur eos, vnà cum Saxonibus,& Vitis id eſt IVTHIS,ſiue GOTTHIS, vel DANIS,tempore THEODOSII Imperatoris egreſſos, BRITANNIAM occupaſſe. Quos conſentaneum eſt ob fidem præſtitam, operamque in ſubiugandis hoſtibus ſtrenuè nauatam, in agrorum diuiſione, nõ mediocrem portionem accepiſſe: eodemq; coloniis deductis, Britannicis connubiis ſe addixiſſe. Cui narrationi, ſuo quisque ingenio demat, vel addat fidem.

Sed ne ab inſtituto, longiùs recedam,ad vetuſtiſſimorum incolarum DANIÆ appellationes paulò amplius diſcutiẽdas, antequam ipſam terræ figurationem aggrediar, nunc redeo.

Sicut enim populum Dei, modo Iudęorum, modo Hebræorum, modo Iſraelitarum nomine dictum eſſe conſtat: ita hanc gentem, Gotthicam, Cimbricam, Schyticam, Danicamque appellatam, memoriæ proditum eſt. Vnde autem cùm Gotthica,

tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

tum Danica sit dicta, superius ostensum est. Schyticum verò nomen, à Schytia inferiori, siue Europæa, iuxta antiquorum terræ partitionem, sortita est.

Schytæ à scientia iaculandi sic dicti, in Schytia inferiori, sedes occuparũt: quo respexisse Ouidius videtur,

—— Schytiam, septemq; triones
Horrifer inuasit Boreas.

Hæc Schytia septentrionalis, multa, & varia regna in Europa complectitur, quorum maxuma, & præstantissima, sunt DANIA, SVECIA, ET NORVEGIA; quæ cum reliquis lõgissimè, latissimeq; patẽtibus terris, à DANIÆ præpotẽtioris primatu, DANICÆ prouinciæ, antiquis historicis, bullatisq; ROMANI præsulis diplomatibus celebrantur.

Nullo modo, præterea me fugit, populũ Israelitidem, iuxta variam tribuum discretionẽ, aliis etiam specialioribus nominum inscriptionibus insignitum fuisse: Sic etiam Gotthi, Vandali, Huni, Longobardi, Normanni, & Amazones mulieres Cimbricæ, aliiq; euocatorum ordines, per totam Europam, Asiamq; vltrà Danicum territorium dispersi, vtut speciatim dicantur, omnes communi vocabulo DANI sunt: Ex

quorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

quorum ſanguine,& ſatu,dicti populi in lucem prodierunt.

Nam tẽpore famis validę,ne inedia mortis genere omniũ miſerrimo, maiores noſtri promiſcuè conſumerentur: de ſenibus, & paruulis è medio tollẽdis, lex iniquior,& rigidior lata eſt: vt quorũ vita neq; reipublicę vtilis, neq; agris colẽdis habilis, neq; ſibi ipſis ſumma rerũ inopia laborantibus læta, ſed admodũ triſtis videretur: iiſdem ferro hæc incommoda præſecare cogitarunt.

A ſapientioribus è diuerſo ſuccłamatum eſt,de expeditionibus,in exteras gẽtes prouehendis: vt mortalibus domi rareſcentibus, victus neceſſaria largiùs ſupperetrent, Vicit ea pars.

In Italiam igitur ex SCANDINAVIA,id eſt DANIA, inter alias, memorabilem expeditionẽ fecerunt, Anno Chriſti quadringenteſimo, decimoquarto: Item quingenteſimo, ſexageſimo octauo & ſexcenteſimo, octogeſimo ſexto. Vbi ſunt LONGOBARDI noſtri, Lombardiam (ſyllaba detrita) incolentes, teſte Sabellico. *Longobardorum in Italia ſedes.*

In GALLIA ſunt NORMANNI, quos è NORVEGIA, regno DANIÆ coniuncto, pdiiſſe, & Gallię partem prius NEVSTRIAM dictam *In Gallia Normanni.*

dictam occupasse, ostendunt historiæ. Prouinciam autẽ istam postea à se NORMANDIAM, quasi NORDTMANDS Land/ in hodiernum vsq; diem nuncuparunt.

In Hispania Gotthi.

In HISPANIA sæpius debellata, residēt Gotthi: à quibus regia stirps HISPANORVM, quo ad maternam lineam attinet, originem trahit: id verò sibi laudi duxisse, indeq; seriò triumphasse Carolus V. dicitur.

Trogi assensus, de Parthorũ origine, à Gotthis dimanante.

Pompeius Trogus, testatur proinde, ex Gotthorũ genere, extare Parthorum prosapiam.

HVNI in HVNGARIA.

In HVNGARIA verò HVNI permanent: cuius vocabuli vestigium HVNNEHÆR, quasi exercitum HVNNORVM quis dicat, apud nos in memoria est.

HELVETII in superiori Germania.

In superiori Germania SVICERI, siue HELVETII (vulgariter Sweitzer & confœderati Eydgenossen dicti) populi semper habiti bellicosi, à Gotthis originem trahunt.

Quibus in terris amænissimis, post felices variarum expeditionũ, & difficillimorum certaminum euentus, earum feracitate, & vbertate allecti, conquieuerunt.

Atque hæc de origine, & appellatione gentis DANICÆ: Sequitur altera pars de præci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

præcipuis regni DANIÆ partibus.

Attigit quidem hoc negotium, in limine ſui operis SAXO Grammaticus: ſed terræ huius formam, mira ſtyli parſimonia proponit, breui admodum orationis filo, longiſſimi itineris ſpacium perſtringens: vt documento tam anguſto, commodè quis erudiri nequeat.

Mundi dimenſor STRABO, fatetur ſe nullam huius zonæ cis Albim habere noticiam. *Lib. 7.*

Illa verò plaga, inquit, *quæ trans Albim Oceanum ſpectat, nobis prorſus incognita.*

Quam verò harum rerum ignarus fuerit, prodit eodem libro, in EPHORI Hiſtoriographi antiquiſſimi, ſententiam vt falſam reiicit: qua accolis Oceani, plus detrimenti, maioremq; vaſtitatem à maris æſtu, & impreſſione accidere aſſerit, quã ab armis hoſtium. Quod quia reipſa, ſe ita habere optimè exploratum habemus, EPHORVM vt veracem ſcriptorem defendendum eſſe ſtatuimus. Nam etſi nimis verum ſit, quod iuſtis querelis LVCANVS proſequitur:

Nulla fides, pietasque viris qui caſtra ſequuntur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Solent tamen milites, in bellis legitimis, ætatis rationem habere, & sexus miserationē admittere: vtpote mulieribus, paruulis semisomnibus, decumbentibus, & decrepitis, qui lege naturæ, à belli iniuriis immunes sunt, parcere: Ast Oceani natura instabilis, subita inundatio, omnia indiscriminatim rapit, absorbetq;.

Damnat præterea, vt fidē minimè merentem, CLITARCHVM, qui maris impetum in hisce plagis, dicit equis insidentes vix effugere.

Neq; malè hęc CLITARCHVS, & iccirco me sibi patrocinantem habebit. Nam nō loquitur de isto æstuario fluxu, & refluxu Oceani, quo lentè ad motum Lunę, nunc plenæ, nunc dimidiatæ, nūc cauæ, nuncq; tuberosæ, bis in die quolibet naturali, statis auctibus accedit, & recedit, terrestria deprehendens, & marina animalia destituens: Sed de APHRICI venti sæuitia, & Circij summa tempestate, MATTIACIS, BRABANTIS, FRISIIS, multisq; aliis gentibus, Oceano vicinioribus, nociua. Qua aggerū moles manufactę, in circuitu maris, alicubi longius, latiusq; extensę, fluctibusq; oppositæ, marinis aquis in cōtinentem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

tem impetuosissimè prouectis diuulsę rimas accipiũt: Et tandẽ vndarum procellis frequenter allatrantibus, in ruinam funditùs labuntur, quod autumno declinãte, vel vere aduentante, vt plurimum accidisse constat : quando conglomerantur venti, de quibus Virgilius 1. Æneid.

Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Aphricus, & vastos voluunt ad littora fluctus.

Tunc certum est maris immaniorẽ alluuiem fieri, impetumq; eius in tãtum momento intumescere, vt vel CHRISONEM Himeręum, cursorem cõcitatissimũ, NISVMQ. Virgilianum pręcurrat: vixq; tam acer quis sit, vt celeritatem eius ingruentem declinauerit, & ne quidem equo velocissimo, quis euaserit. Nã velocior eiusmodi incursus, quam auis prępeti volatu, pertimescendus. Vnde & FLACCVS, Oda 3. admiratur hominem vt ferreum, & adamantinum, qui non timet præcipitem APHRICVM, decertantem aquilonibus.

Talis aquarum exuberantia, grassabatur hîc in Frisia minori, instar diluuij, Anno Christi, millesimo, quingentesimo, septuagesimo. 1570. Et in fine anni millesimi, quingentesimi, nonagesimi tertij. 1593.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Qua multi homines in planitie, locisq; decliuioribus habitantes, cum omni possessione absorpti sunt. Terræ enim eiusdem superficies, tanta aquarum altitudine, subitò exorta, quinq; cubitis superabatur. Sed vt vnde paululum digressa est oratio redeat.

PTOLOMÆVS cæli, atq; terræ dimetiendę studio incumbens, propiùs ad nostros limites ducitur.

Suprà deorsum, inquit, *Cimbricæ Chersoni, sunt Saxones.*

Inferioris puta Saxoniæ incolas,

HOLSATOS, HOLSTERNE.
VAGRIOS, VAGERLENDER,
GRAMPENMARSOS, KREMPENMERSKER,
VILSTERMARSOS, VILSTERMERSKE, &
THEVTOMARSOS, THEUTMERSKER.

Hos populos, aliosq; cis ALBIM, vnà cum Cimbris DANIÆ incolis, SVECIS, ET NORMANNIS, NORTALBINGOS, à neotericis, à ROMANIS verò Hyperboreos dici, animo complector.

Vides hîc optime lector, Strabonem,

Ptolo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Ptolomęũ, cęterosq; priſci ſeculi Geographos doctiſſimos, TACITVM, MELAM, OROSIVM, aliosq; omnes, nõ eloquentiæ facundia: neq; lucubrationum attentiori cura claudicaſſe: ſed ſaltem documentorum copia deſtitutos, veriq; ignorantia, res DANICAS alto ſilentio præteriiſſe.

De quibus, cœlo remotiſſimo degentes, neque quid certi per ſe ſcire: neque aliundè audire poterant. Itaque non Geographicam, ſed incompertam, mutilam, omnibusque modis frigidam Chorographiam, præſtantioribus non animaduerſis, demonſtrarunt.

Hæc cauſa defectui ſubeſt, quod nemo ex veteribus, imò neq; ex recentioribus Germanis, vicinioribus, ſatis alioquin literatis, prodierit: qui à primis temporibus, gentis, & regionis noſtræ primordialia perquiſierit: Imò ne minima quidem in hiſce plagis contenta, nedum ſingula minutiſſimè definierit.

Sed quis quæsò Danici Imperij fines, prout olim dilatati conſtabant, delineauerit? nemo, mehercule nemo.

Nam ſi quis annalium memoriam ex-

 plicet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

plicet, replicetq; : à DANIS hasce gentes, & nationes bello tentatas, inq; prouinciæ formam redactas, comperiet.

HYBERNIA OCTIES A DANIÆ Regibus debellata, & acquisita est: vt à

FRIDLEVO PRIMO.
FROTHONE TERTIO.
HIARNO POETA.
FRIDLEVO SECVNDO.
FROTHONE QVARTO.
REGNARO LODBROGO.
SIVARDO TERTIO, &
FROTHONE SEXTO. *Qui obiit, Anno Christi nongentesimo decimo.*

Anglia decies perdomita, sub imperium DANORVM *deuenit, Regnantibus,*

FROTHONE PRIMO.
FROTHONE TERTIO.
HIARNO POETA.
FRIDLEVO SECVNDO.
FROTHONE QVARTO.

HARAL-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

HARALDO TERTIO.
REGNARO LODBROGO.
SIVARDO TERTIO.
FROTHONE SEXTO.
HARALDO SEXTO.
SVENONE PRIMO.
KANVTO MAGNO. &
KANVTO DVRO. *Qui fato functus est, Anno salutis millesimo, quadragesimo quinto.*

SCOTIA *armis* DANORVM *occupata, homagium præstitit Regibus:*

FROTHONI PRIMO.
REGNARO
SIVARDO TERTIO.
FROTHONI SEXTO.

Saxonia quinquies tributaria facta, pensionem soluit regibus DANIÆ:

HELGONI.
ROLVONI.
HOTHERO.
RODERICO. F. HOTHERI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

VFFONI.
DAN SECVNDO.
DAN TERTIO.
FRIDLEVO PRIMO.
FROTHONI TERTIO.
HIARNO POETÆ.
FRIDLEVO SECVNDO.
FROTHONI QVARTO.
REGNARO LODBROGO.
SIVARDO TERTIO. &
FROTHONI SEXTO.

SCLAVIA *tota viginti quatuor vicibus subacta, iussi oneris pensum adimpleuit, hisce regibus ad clauum sedentibus:*

HELGONE.
ROLVONE.
HOTHERO.
RODERICO.
DAN Secundo, & aliis.

LIVONVM *ceruices sub iugum* DANICVM *missi, hosce Reges agnoscebant:*

KANVTVM QVARTVM.
VALDEMARVM SECVNDVM.

ERI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ERICVM SEXTVM.
ABELEM VALDEMARI SECVNDI, F.
CHRISTOPHORVM VALDEMARI 2. F.
ERICVM SEPTIMVM, &
CHRISTOPHORVM SECVNDVM.

CVRLANDIA *obtenta Regibus obsequens fuit,*

FROTHONI PRIMO.
ROLVONI.
HOTHERO.
RODERICO SECVNDO.
IARMERICO. &
MAGNO BONO.

ÆSTONIA, BORVSSIA, *cum vniuersa Polonia, sæpius* DANIS *cessere.*
Tota item RVSSIA, *octies viribus exuta obtemperauit,*

FROTHONI PRIMO.
FROTHONI TERTIO.
HIARNO POETÆ.
FRIDLEVO SECVNDO.
FROTHONI QVARTO.
REGNARO.
SIVARDO TERTIO. &
FROTHONI SEXTO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

SVECIA *duodeuiginti prælijs attrita, & conquisita, hisce Regibus sacramentum dixit:*

GRAMO.
SVIBDAGERO.
HADINGO
FROTHONI PRIMO.
HELGONI SECVNDO.
ROLVONI.
HOTHERO.
RODERICO.
DAN SECVNDO.
HVGLETO.
FROTHONI FORTI.
DAN TERTIO.
FRIDLEVO PRIMO.
FROTHONI TERTIO.
HIARNO.
FRIDLEVO SECVNDO.
FROTHONI. QVARTO.
SIVADO PRIMO.
HARALDO TERTIO.
HETTAE VIRGINI.
ORMVNDO.
SIVARDO LODBROGO.
IARMERICO.
SNIONI.
MARGARETAE REGINAE.
ERICO POMERANO.
CHRISTOPHORO BAVARO.
CHRISTIANO PRIMO.
IOHANNI PRIMO. &
CHRISTIERNO SECVNDO.

NORVEGIA *deuicta, triginta duobus* DANORVM *iurauit:*

SVIBDAGERO.

HADIN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

HADINGO GRAMI, F.
FROTHONI FORTI,
DAN TERTIO.
FRIDLEVO PRIMO, cognomento coleri.
FROTHONI TERTIO.
HIARNO SKIALDO.
FRIDLEVO 2. FROTHONIS pacifici F.
FROTHONI berali. QVARTO, cognomento li-
HARALDO TERTIO, cognomento Hylletand.
GOTHRICO GORMONIS FILIO.
REGNARO LODBROGO, SIVARDI, F.
SIVARDO TERTIO.
FROTHONI SEXTO.
HARALDO SEXTO, cognomento BLATAND.

SVENONI cognomẽto TIVVESKEG. Moritur post Christum natum milleſimoquarto.
KANVTO SECVNDO cognomine magno.
MAGNO BONO.
SVENONI SECVNDO. Moritur anno ſalutis milleſimo, ſeptuageſimo quarto. 1074.
MARGARETÆ REGINÆ.
OLAO MARGARETÆ, F.
ERICO POMERANO.
CHRISTOPHORO BAVARO.
CHRISTIANO GENSI. PRIMO OLDENBVR-
IOHANNI PRIMO.
CHRISTIERNO SECVNDO.
FRIDERICO PRIMO.
CHRISTIANO TERTIO.
FRIDERICO SECVNDO. &
CHRISTIANO QVARTO, *hodie regnanti;*

cui Deus Opt. Max. ad finem uſq; vitæ, quietam, & intelligentem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ligentem diuini atq; humani iuris mentẽ det: & cum imperio diuturno, omne quod est in rebus diuinis, & humanis suaue, & delectabile.

EST autem hæc regio Noruegorum, totius Europæ ampliſſima, & vaſtiſſima, montibus, ſolitudinibus, & rupibus aſpera, magnaq; ex parte ſyluis piniferis inuia. Quæ cum FAROARVM inſulis, & ISLANDIA remotiſſima, regem DANIÆ etiamnunc agnoſcit.

Hecla.

In Islandia eſt HECLA, mons ſaxeus perpetuo incendio ÆTNÆ perſimilis.

Veſpenoa ariũm pa troeciarum

In ea eſt etiam inſula, quæ VESPENOA dicitur: habens in vmbilico rupem præaltam, in cuius faſtigio, eſt rotunda, & profunda, peramænaque vallis, gramine veſtita; quam millium aliquot hominum armatorum capacem eſſe narrant.

Inſulæ FAROARVM, ab ouium multitudine ſic dictæ, duodeuiginti numero ſunt, frugiferæ, & graminoſæ, boum pinguium, & ouium prouentu, copia lactis, caſei, & butyri celebres; tum etiam piſcatura admodum felices, omnes habitabiles, vna excepta, quæ in aſperrimos, & cliuoſos montes aſſurgit.

Ciuitatem vnam habent.

Orcades

Orcades verò cum Hetlandia, Norvegiæ administras, quas BVCHANANVS diligenter descripsit, ad gremium matris suæ reuersuras confidimus. Sunt autem Orcades triginta duæ numero, angustis inter se diductæ spatiis, vt nautæ nostri testantur.

Sed de GRVNOLANDIA, auro pretiosis item Sabellorũ, Sciſmorumq; pellibus, & Rhinocerote locuplete, parùm solliciti sunt DANI. Quæ post Epidemiam illam luẽ, vniuersæ propemodùm gentis nostræ consumptricem, quam nostrates ab effectu, nigram mortem appellarunt, periculosæ, incertæque nauigationis longinquitate, & tædio neglecta iacet.

At nunc aliam imperij DANICI faciem, quam depinximus videre licet: vt iustè nobis quis obiiciat; cedò qui vestrũ imperium tantum, tamque florens diminui passi estis? Ita vt in eo, nullum hodie vestigium fermè, quod antiquam maiestatem redoleat, inueniatur? *Respondeo:* Quemadmodum aliorum Regnorum, & monarchiarum fortunam senuisse, & defloruisse constat: maxumè verò Romanorum

norum ſublimitatem, ſub effætam huius mundi ſenectam attritam, ac demum ad prædictionem Danielis corruiſſe manifeſtum eſt: Sic & DANICAM celſitudinem, & imperij huius ſeptẽtrionalis robur, ſub mundi finem quodammodo acciſum eſſe fatemur:

——— *Sic omnia verti*
Cernimus, atq; alias aſſumere robora gẽtes:
Concidere has:

Quod igitur aliis regnis, & quidem florẽtiſſimis, omni tempore accidiſſe quisq; ſapiens luculenter videt: quæ rempublicam ſuam, in libertate incorruptam & florentem conſeruare haud ſuſtinuerunt: id nobis varia fortunæ alea contigiſſe, nemo iure mirabitur.

Nam arrepta qualibet occaſione, maxuma, & quamplurima regna, maiorum induſtria feliciſſimè, & maximo Danici nominis decore, acquiſita, truncatione à nobis indignè auulſa ſunt.

Particulas quas quæq; gens potuit violenter abſtulit; haud ſecus, ac veſti pulcherrimæ diſciſſæ, panniculorum ſpolia facilè detrahuntur, ac ſurripiuntur.

THE- Enimuerò RVTHENI nunc pulſi, manuſq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

husque dare coacti, nostros rursum pepulerunt.

Idem Cimbris nostris in Italia euenisse, Tacitus & alij testantur: qui cum Romanorum Ducũ, CARBONIS, CASSII, SCAVRI, AVRELII, SERVILII CEPIONIS ET M MANLII victores essent facti: iidem à C. MARIO profligantur. Et cum GALLIAS affectassent, à IVLIO fusi sunt.

SCOTI Regno apud se astu stabilito, recesserunt. *Vide Bucha. lib. 7. fol. 99.*

Sic deficiente vno, deficit, & alter.

ANGLI, KANVTO tertio defuncto, metuq; remoto, præsidia DANICARVM cohortium, per castella, & vicos sparsarũ insidiosè inuadunt: quibus occisis, Danorũ imperium humeris suis excusserunt. Et ita absentia regis, Legionumq; incuria amissa est BRITANNIA. Anno post Christum natum, millesimo, sexagesimo. 1060.

Eadem Schola, & arte, edocti LVBECENSES, ad id facinus delecti, intrà muros VALDEMARI regis præfectum incautum adoriũtur, & perfidè obtruncãt. Dissimulata siquidem lętitia BACCHANALIORVM celebrandorũ, cũ venia intromissi: clãdestinis deinde insidiis, strictisq; mucronib. confertim

LVBECENSIVM defectio, & stratagema.

confertim dissilientes, & discutientes, obuium quemuis sternendo, & quasi maturam messem metẽdo, proditi castelli portas, cum arce, fæda strage illata, de insperato occuparunt. Ita telum veneno infertum, quod in sinu fouerunt, & tam præclaro lætitiæ titulo velarunt, impunè in nostros eiaculati sunt.

SVECI contrà iuramentũ, & fidem à IOHANNE rege Daniæ deficiunt.

Patrum etiam memoria, SVECI, tot sacramentis, totque sanctis fœderibus regno DANIÆ obstricti, factiosi hominis STENONIS STVRII suasu desciuerunt. Is cũ esset Danico nomini infestissimus, post cognicladem THEVTOMARSICAM infausto prælio, Danis inflictam, SVECIS, ET NORVEGIANIS (vt coryphæus) discordiarum faces populariter prætulit: 1502. Danorumq; partes, vt procliuiter, & cupienter desererent persuasit: Anno Christi suprà millesimum, quingentesimo secundo: Licet indè nimium libertatis fructum perceperint.

FRIDERICVS verò HOLSATIÆ dux, cum tot incommoda in fraternũ caput, torrentis more confluere perspiceret: THEVTOMARIENSIVM nimirum elationem, ob recentem victoriam; perfidiam nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

nec nõ Lubecenſium, ignẽ martialem inſtar flabelli; hinc, & illinc, in regis exitium excitantium, vt eius potentiam debilitarent: ad NORVEGIENSIVM hoſtiles motus coercendos, domino regi ſuam operam obtulit. Hac tamẽ lege, vt dimidiam regni NORVEGICI portionem, decennali ſpacio poſſidendam ſibi permitteret.

Quod rex magnanimus, parùm è re ſua eſſe perpendens, primum ad recuperandum Noruegiam, animũ adiecit. Quamobrem filium CHRISTIERNVM II. contra ſeditioſos NORVAGOS amandat, à quo eueſtigiò ad obſequiũ adducti ſunt. Quibus poſt eum diem, ad noſtram vſque memoriam fideliſſimis auxiliatoribus vſi ſumus. *Noruegiæ recuperatur.*

SVECORVM verò pertinaciã, eidem filio compeſcendam, perdomandamque rex moriens reliquit. Anno à nato Chriſto, milleſimo, quingenteſimo, tertio. Quamquam ille, (vbi plurimùm laboris exhauſiſſet: eoſq; infeſtiſſimos, per cruẽta remedia (cæde videlicet aliquot inſignium virorum; quaſi regio facinore patrato) ſubiugaſſet, nec prohibere potuit, quin ad priſtinos defectionis mores rediirent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

THEVTOMARSI (genus intractabile bello) post victoriam iniquo loco, de DANIS reportatam, in quo nõ victi, sed decepti sunt nostri, longo tempore rebelles, & indomiti facti, nullius iugum ferẽtes, sed & regibus insultantes, & formidabiles, iterum ductu, & auspiciis FRIDERIGI II.
1559. ad obediẽtiam pertracti sunt. Anno suprà millesimum, quingentesimum, quinquagesimo nono.

In eo bello, summa regis clementia, in deuictos perspecta est, nam eius nutu, occisus nemo, nisi quilibet pertinax, ad arma paratus: Cæsorũ non minus hostium, quam suorum inhumanda procurans. Et cum ad crudelitatem ipsum inflammare tentarent alij, prorsus renuit, belliq; ferociam quanto potuit studio emolliuit. Victoriam quidẽ de hoste adipisci, pulchrũ & laudabile ducens: sed incruentam eam reportare, & clementia iram temperare, multo laudabilius esse perpendens. Summa itaq; cum lenitate victoria potitus est. Quam virtutem in bono principe, poëta his aureis versibus commendat:

Victoria in cruenta, cruenta & luctuosa anteponi debet.

Bellica quæsito frænanda est ira triumpho:
Non sæuit domito nobilis hoste manus.

De

De hiſce, atq; aliis imperij viciſſitudinibus, prout ancipiti temporum curſu, ad variam fortunæ aleam acciderũt, alij ſcribendi partes ſumpſerunt. Et iam dudũ ad texendum hiſtoriam, animũ quam maximè applicauerunt. Eos dummodo cũ fructui maturi ſint, ne amplius moras nectãt, ſed vt ſine cunctatione prodeant, opusq; ad effectum perducant deſideramus. Vt perpetuo contextu, Regum, principũ, ac heroum, populiq; res præclarè, ac fortiter geſtas, nimis diu atris obliuionis nubibus inuolutas, ex vmbra, in lucem prouehãt: æternitatisq; memoriæ conſecrent.

Quamobrem mi lector, cũ hi leonum more, felici muſarum partu, diu laborando, per inſignem cerebri ſui fætum nobis polliceantur: primas origines regum Danorũ, eorum ſucceſſiones, & inclyta facta, populorũ ſubactiones, prouinciarũ acceſſiones, famoſiſſimæq; gẽtis NORMANNICÆ fortitudinẽ, liberius decantabũt: cum & memoria valeant, & ingenij vbertate, aureoque dicendi flumine ebulliant.

A me verò nudam hanc Daniæ deſcriptionẽ, rudiori penicillo, primisq; lineamentis informatam expectabis. Cuius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

insulas (cum aliis quibus cõstat partibus) etiamnunc numerosas, prouinciarumq; adiacentium immensa spacia, & latos huius Oceani sinus, intrà arctiores cancellos velle concludere, cum stultitia, imperitia, inuidiaq; coniunctum esse iudicauerim. Quemadmodum OLAVS VPSALENSIS loquaciter maledicus, rabie, atq; odio in DANOS grassans, vt eorum famam apud exteros impudentia sua obtenebraret, ac regnum hoc contemptui exponeret, suis quibusdam partibus præcipuis, id maximè coronantibus, & priuare, ac mutilum proponere conatus est. Nos loripedem, rectum deridentem, eò insaniæ redactum miramur, vt scriptis publicis, linguæq; intemperantia, omnes ingenij vires in DANORVM cõtumeliam excitare studuerit. Quæ hominis in manifesto hærentis mendacio procacitas, & vanissima calumniandi libido, ab aliis, satis, superq; agitata, ac refutata est.

Quare veritatis studiose lector, his omissis, nunc tandẽ diuina opitulante gratia eam, quæ modo est, Daniæ partitionem, & amplitudinem, exequemur.

DANIA.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

DANIA.

EST regnum Europæum, Septentrionale, nulla penè ſua parte continenti iunctum: Sed in creberrimas inſulas diſiunctiſſimas diſpertitum: hinc Oceano ad occaſum circumfuſum: hincq; ad ortum mari BALTHICO intercluſum.

Vnde hæc Regio, à veteribus SCANDINAVIA appellata eſt: quod iter in ea, vltrò, citroque facturi, naues frequenter conſcendant.

Diſtincta in vniuerſum eſt Dania in Nomarchias centum, octoginta quatuor: quę totidem Nomarchis, legum Danicarum peritis, adminiſtrantur. Quarum ſingulæ tam longè, lateq; extenduntur, totque parochiales eccleſias continent, prout iis agrorum feracitatem & camporum ac pratorũ amplitudinem natura indulſit: vel nemora eas interceperunt, vel fluminum decurſus, vel amnes, montesque certis limitibus, à ſe inuicem diſcreuerũt.

Differentiæ proinde gratia, à loco, vel ſitu cardinum mundi, animalculis, ſiue alitibus, aliisq; quibuſuis rebus, hæ præfecturæ ſatis amplæ, in omnibus hiſce ter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ris, appellationes ſuas deſumpſere. Quas & incolis maiores ex iis indiderunt: vt ab

Ortu	Nomarchia	*Ortus,*	Oſterherret.
Occaſu		*Occaſus,*	Veſterherret.
Meridie,		*Meridiei,*	Synderherret.
Septentrione,		*Septentrionis,*	Nordtherret.
Leone,		*Leonis,*	Lewherret.
Anate,		*Anatis,*	Andſtherret.
RANA		*RAnæ,*	Frœsherret.

Et ſic de reliquis.

DE LIMITIBVS DANIÆ.

Limites imperij DANICI hodierno die, hi ſunt:

Imperium DANO, *ad Auſtrum* VANDALICÆ *ciuitates terminant.*

Ad APHRICVM (SVDVEST) *vnius diei, noctisque curſu ſecundo, trans fretum Oceani* FRESONICI, BELGIVM *abeſt.*

Ad eorum (NORDTVEST) *vel circium,* SCOTIA, *Britannico Oceano interlabente erigitur.*

Ad Aquilonem, NORVEGIAM *adminiſtram*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

stram suam, modico Oceani transitu interueniente prospicit.

Ad ortum ÆSTIVVM (NORDT, NORDTOST) SVECIA *ei contigua est.*

Et hi quidem termini sunt DANORVM.

Quorum imperium incipit vbi altitudo polaris est graduum 55. & 54. Et extenditur vsq; ad polum arcticum. Continet igitur 540. miliaria Germanica, vt Mathematici supputant.

IVTHIA, SIVE GOTHIA.

PARTIVM regni spaciosissima, & populosissima GOTHIA est. Cuius nominis loco, syllaba priori paululũ vitiata, nunc cognatum retinetur, & IVTHIA dicitur, varias gẽtes, & terras quam plures introrsus habẽs: quę aliis in locis, aliis speciatim nuncupatæ sunt nominibus.

Peninsula verò hęc ampla, ab ISTHMO, prope SLESVICVM, Oriẽtis pelagus, à mari occidentis separante, CIMBRISQ. incolis antiquioribus GOMER propagatis (antequã sub regibus hæ gentes viuere consueuerunt) Chersonesus Cimbrica appellata est. Sic exolescunt vetera: & recentiora, pro mobilitate humanę incõstantię innouantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Cherſoneſus autem Cimbrica, apud Hiſtoricos,& Geographos illuſtris eſt: eò quod hæc terra Cimbrorum, inter quatuor memorabiles mundi Cherſoneſos, vna ſit gentem progenerans validam, ac robuſtam.

Nautæ, qui huius celebris Cherſoneſi littora (quæ latè tenet) circularant, eam ad Auſtrum, ſecus EGDORAM diffuſiorem, paulatimq; inſtar linguæ humanę, in Boream, ad nouiſſimum maris promontorium SCHAGEN contractiorem eſſe obſeruarunt. Quod & forma Nomarchiæ vlterioris, huius terræ, quæ à cornu Hornsherret dicta eſt, manifeſtũ reddit. Vnde in NORVEGIAM feliciter nauigantibus, breuis admodum traiectus eſt.

Longitudo Iuthiæ 53. miliaria. Latitudo 30. patet.

Longitudo huius regionis, ab hoc arenoſo promontorio, nautis tremendo; inter vertices polares, verſus meridiem, ad amnem Leonis (Løwens Aa) directa, quinquaginta tria miliaria Germanica porrigitur: qua vero latiſſima eſt triginta patet.

Eſt autem IVTHIA bipartita:
Meridionalis, & Septentrionalis.

GOTHIA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

GOTHIA MERIDIONALIS.

QVÆ ad meridiem sita est, HOLSATIAM, regis DANIÆ cum cohæredibus terram hæreditariã, & Septentrionalem IVTHIAM interiacens, ab amne leonis citra SLESVICVM, recta linea, in septentrionem, ad amnem SCHODBVRGENSEM, borealis latitudinis terminum protensa: in occidentem verò Oceanum, vsque pertingens, atq; ad agros vrbeculæ amænissimæ KOLDINGÆ versus ortum æstiuum sitæ, patens, SVNDER IVTHIA dicitur: inclytumq; Ducatum SLESVICENSEM complectitur: qui à DANIS incolis, perpetuò est occupatus, & semper DANIÆ pars, & appendix connumerata.

Cuius narrationis fides, ne laboret, vt infirma, extant, & visuntur etiamnunc propè SLESVICVM, vbi Cimbricæ Chersonesi ISTHMVS cernitur (vt antea retulimus) fossarum, & aggerum memorabilia vestigia conscissa, quæ Danevirch (hoc est, opus DANORVM) nuncuparunt.

Qui agger, profunditate, qua HOLSATIAM spectat inadibilis, sexaginta pedes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

latus, totidemq; altus, hostibus arcendis instar obicis obiectus: spacio Germanici miliaris, à maris Oriẽtalis littore, ad occidentalis Oceani ripas exactè perductus.

Quem bono consilio maiores cõfecere: eiq; Liminarcham, cum custodibus limitaneis, è perpetuis regni sumptibus præfecere, circa annum Christi 940. vt eo vallo, tanquam munimẽto solido clausi, ab incursionibus, atq; latrociniis, vicinorum Saxonum tutiores essent.

Vbi duo maria, Orientis, & Occidentis (vt dictum est) reboantibus vtrinq; è diametro vndarum procellis imperuia sunt. Et hoc eodẽ loco, terræ collo, seu Isthmo, Cimbricam Chersonesum reddunt. In vniuerso siquidem vtriusque Gothiæ circuitu, omnia latera, hinc vasto orientis mari, illinc lato Oceano pulsantur, nisi qua HOLSATIAM tangit.

Ciuitates, ducatus SLESVICENSIS, *seu* IVTHIÆ *meridionalis, hæ sunt,*

SLESVICVM: Episcopalis sedes, oppidumq; limitaneum est, HOLSATIS vicinum, in historiis celebre, propter facinora memorabilia circà id gesta. Inter cetera omnia, quæ breuitatis gratia omitto, æternam

ternam infamiæ notam, infandum ABELIS Reguli parricidiũ, in fratrem patratũ meretur. Cuius dolo, ERICVS Sanctus VALDEMARI II. filius, rex Daniæ, ad fratrem diuertens, capite truncatur: & cadauer optimi regis, in SLIAM, à qua ciuitas nomẽ traxit, indignè abiicitur: 9. Augusti Anno salutis 1250.

FLENSBVRGIVM: quasi fluminis BVRGVM, ciuitas magnificè extructa, atque à mercatura celebris.

SVNDERBVRGVM. In ea, Sereniſſimi principis, ac Domini, Ducis IOHANNIS, CHRISTIANI III. filij, aula eſt.

TVNDARIVM.
HVSIVM.
AAPENROA.
HATTERSLEBIA.
Ab HOTTERO Rege condita.
ECHENOFVRTVM, &c.

Quibus omnibus (excepta poſteriori) regia ſplendidiſſimæ adiacent: quæ & diuertigiæ, & portus nauigiis accõmodos habent.

In hoc principatu diuerſam terræ ſpeciem referente, triplicem ſoli habitum conſideraui.

Ad Orientem, ſecundũ maris circumferentiam, eſt argillaceum, pingue, paluſtre, pratenſe, ſyluisq; ſuperbum.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

In dorſo terra eſt ceſpititia, erycoſa, ruderata, & tamen fæcunda.

Verſus occidentem gleba eſt ſalſuginoſa, profunda, fertilis, vt in THEVTOMARSIA. Quæ terra, non à MARSIS (vt quidam falsò narrant) ſed à terra profundiori, ſalſedinem maris redolente nomen traxit. Nam & alia loca occidentalium harũ gentium, hîc in Cimbrica noſtra Cherſoneſo, propè Oceanum ſita, (inter quæ, & hoſce populos magna eſt diſtantia) eandem appellationem retinent: & accolæ eorundem MARSI, à fundo marino, quem ſalſæ alluunt, dicuntur. Vnde opinor, à vero nõ abhorret, MARSORVM, non vnius, ſed multarum gentium eſſe vocabulum.

Sed hæc hactenus de IVTHIA meridionali: In qua ſuprà quadringentas parœcias rurales eſſe certum eſt. In hoc etiam ducatu eſt Egdorſtadium, ſiue FRISIA illa minor, terra fertiliſſima, quam miris laudibus, & ſolidis encomiis effert Saxo Grammaticus. In hiſce oris ſal candidiſſimum, & ſapidiſſimum conficitur, non ſine incolarum vberrimo quæſtu.

GOTHIA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

GOTHIA SEPTENTRIONALIS.

GOTHIA verò ſeptentrionalis, eadem ferè ſoli natura, & ingenio, ſi cõferantur termini, priori quadruplo productior, atq; ad habitandum area ampliſſima, viginti tribus ciuitatibus inclyta.

Quæ quidem regio, olim plurimis in locis horrida, & inculta, ad ſerendi vſum non proſciſſa: nunc verò cultura, hominumq; induſtria, in iugera frugifera, & amænos fundos paulatim redacta eſt: ita vt frumentorũ, & fructuum generatrix perfæcunda ſit. Boum item, & equorum piſciumq; variis generibus nobilitata. Quorum copia, ac hubertate, vicina regna, ingraueſcente annonæ caritate, vt plurimùm ſubleuantur.

Nam vt cæteras orbis partes præteream, in BELGIVM non ſolum ingens frumenti copia, quotannis hinc aſportatur: Sed & eo, inque alias Europæ partes, myriades aliquot boum, & equorum venales emittuntur. Pro ſingulis autem capitibus, regiis publicanis Ioachimicus hîc numeratur: quę ſumma congeſta, aliquot auri tonnas excedit. Quod

Quod ad feras attinet, conſpiciuntur hîc (vt & in aliis hiſce inſulis) magni ceruorum greges: ex quibus certum eſt, regiam M. vnius menſis ſpacio (cum in Auguſto ſuis aulicis conuenaretur An. 1593. vltrà mille ſexcentas irretiuiſſe, & mactaſſe: idq; ex grandioribus, & ſelectioribus; Damis, vitulis ceruinis, capreolis, apris, leporibus, & vulpeculis non reputatis.

Et quamquam piſcium genera huius ſalis, & fluminum, nemo facilè recenſuerit, cum eorũ bona pars nobis ignota ſit: tamen aliquot ſpecies attingere libet.

NOTIORES APVD NOS, FLVVIATILIS FVNDI, ſunt hi:

LVCIVS — Gedde.
SALMO — Lax.
AVRATA — Oret.
CYPRINVS, ſiue CARPIO, Karpe.
ASCHIA, Græcè φάγρος, æſche: noſtri Sterling indigetant.
CARABVS — Karutze.
PERCA maior — Aborn.
PERCA minor ſiue APVA Horch.
ERYTHRINVS — Skallig.
RVBICVLVS — Rudſkallig.
PRASIMVM, cyprinus latus, Braſem.

BLICCA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

BLICCA	Flyre.
TENCA	Sudere.
GOBIO, *aliter Quappium*,	Aallquabbe.
ANGVILLA	Aall.
CONGER	Sze Aall.
FVNDVLVS	Grundling.
MINVTVLVS	Eſriſke.
OCVLATA	Negen dyn.

ET PELAGII.

ASELLVS	Torſk.
MARLANGVS *vel Galamus*	Kabelag.
ASELLA	Kulle.
ALBVLA	Huidling.
DRACO	Fierſing.
SOLEA *maior*,	Stoer ſkuller.
SOLEA *minor*	Samraſk.
PLATESSA	Flyndre.
RAIA	Rochel.
PASSER	Schade.

LINGVLACA, *ſiue Bugloſſa*, Tunge.
SCOMBRVS, *vel* SCOMBER, Machrell.

ROMBVS	Kuehale, Skrubbe.
ROMBVS *aculeatus*	Huerre / Trindbutte.
CANICVLA *marina*	Hoefiſk.
BELENNVS	Stenbidde.

CALLIONYMVS, *vel capitoſus*, Blck.

ASTACVS	Hummer.
TINCA *vel ſquilla*,	Reghe.
GLADIVS	Suerdfiſk.
HALEC	Sild.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

HALEC *muriacum*,	Spegesild.
HALEC *infumatum*,	Røgett sild.
HALECVLA *nouaculæ formam referens*,	Rageknifssild.
HALECVLA NIBENSIS,	Ribesild.
HELTO,	Helt.
EPELANVS	Smelt.
STVRIO, *acipenseridem*,	Stør/*regius piscis*.
THYNNVS	Tunthei.
OSTRAEVM, *vel concha*,	all fisk som haffuer skals.
CANCER	Krabbe.
STELLA	Stiernfisk.

Cuius generis duos pisces, stellæ formam referentes, in ædibus venerandi viri, Domini OLAI, *pastoris* MEDELFARDENSIVM, *non sine admiratione vidi.*

Prægrandiores etiam Belluæ.

BALENA	Hualfisk.
DELPHIN	Marsuin.
PHOCA	Seel.

LVTRA, *seu canicula, & id genus plura, quæ omnia hic prosequi, nimis longum foret.*

Ab occiduo latere huius celebris Chersonesi, complures, sed minores insulæ, in Oceano sparsæ iacent, quæ ferè omnes, RIPENSIS diœcæsis iurisdictioni subsunt.

AVRICVLA HARSILIAE Harloxre.
Vna parochia comprehensa.

Non

Non procul ab ea, BOVENSBERGVM, montium altissimus, importuosus, naufragiisq; creberrimis infamis, in mari attollitur: Cuius iugum primam aëris regionem adæquare videtur. *Bouensbergũ parœcia FERINGAE mõstrum.*

VENORA, Venøe. *quasi dicatur veneris, vel amicorum, siue pulchra insula. In Nomarchia HIERMENSI.*

HOLMIA Danicè Holm. *duarum parœciarum insula, piscatura celebris.*

STADELOA, Stadeløe *paucis villis colitur.*

NVMINDIA Nyminde.

HVGA Hug.

TORSMINDIA Toersminde.

TVDERHAFNIA Tuderhauen.

NORBIA Nordby.

MANDIA Mandøe.

AVSTRALE Caput, Synderhoffuit. *piscatura celebris.*

FANDIA Fanøe.

LANGLECHA Langlegh.

RIMMAEA Rimøe.

LISTRAEA Listøe.

SILDRAEA Silderøe. *quatuor parœciis habitatur.*

FEORAEA Føer. *tres parochias continet.*

VDHOLMIA Vdholm.

AMEROA Amerøe. *vnam parœciam ostentat.*

TERRA quæ sancta dicitur, Heligland. *& aliæ.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Ad ortum æstiuum NORDT, NORDTOST, hæ insulæ se ostentant;

LESSOA	*Lessæ.*
ANHALTVM, ad meridiem habet.	*Anholt. quam LESSVA*

Dici vix potest, quam copiosa piscium præda, ab Occidentali huius terræ parte, per totum ferè anni cursum capiatur: vt tam celebris piscationis, emptionis, & commutationis pretium aliquot auri tonnis æstimetur.

Vsus siquidem accolarũ maris, victum piscatu venantium, aliorumque regni incolarum necessitati, nõ modo succurrit; sed & ad extremas GERMANIÆ, GALLIÆ, ITALIÆ, aliarumq; remotissimarum gentium oras, magno fruitionis desiderio emanat. Quo vt testis respexisse videtur VALERIVS Max. qui ad voluptatem, & ingluuiem luxuriantium sui æui explendam, etiam esculenta piscium lautiora, ab vltimis Oceani littoribus attracta esse narrat.

Non ingratũ fortè erit lectori, hic memoria repetere historiolam, de commissariis Regum Europęorum, aliquando ab imperio conuocatis; Qui Legationis nomine

mine ſimul congreſſi, de ſupereminentia regum ſuorum, quis videlicet præſtantior, atq; opulentior iure haberetur, contendebant: de qua re magnopere diſſentiebant. Nam quisq; ſui regis, & domini, abundantiſſimas opes oſtentabat: ille aurum, hic argentum, alius frumenti, & vini affluentiam iactabat: Satis enim conſtat, vnam regionem, non omnia proferre: ſed hac re abundare, illa verò egere: Etenim

Non omnis fert omnia tellus,

inquit poëta. Et alius:

Nec verò terræ ferre omnes, omnia poſſunt.

Tandem DANO loquendi poteſtate facta, cum omnes, quonam eius ſententia inclinaret, auidè expectarent, ſui quoque regis excellẽtes opes, acutè ſatis hoc modo extulit: Si, inquit, potẽtiſſimi, ac locupletiſſimi omniũ totius Europæ Regum, Gaza licet maxuma, & latifundia venum exponerentur, cariſſimeq; omnia venderentur: precio verò repræſentato, ligneæ paropſides viliſſimo coëmerentur: Omnia tamen iſta licet infinita futura vaſa, ternis recens captis piſcibus onerare, atq; exornare rex DANVS ſufficiens eſt.

Quo dicto, omnium ſuffragiis, qui tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

aderant, DANIÆ regis felicitatem pluris æstimandam, quam omnes cæterorum possessiones demonstrauit. Vnde à GALLO, qui dextrum imperatoris latus clausit, proximus haberi obtinuit.

Saxo etiam sui seculi præco, tantam piscium vbertatẽ hîc in DANIA fuisse scribit, vt manibus, absq; nassis, & piscatoriis verriculis facilè caperentur.

Eam felicitatem, & liberalitatem Dei, propter summũ diuini verbi contemptũ, & hominũ suprà modum ventri deditorũ nimium luxũ, belluinumq; donorũ eius abusum, nobis ereptam esse crediderim. Quod & Satyricus sui æui mores damnatos considerans carpit, & conqueritur:

Atq; ita defecit nostrum mare, dum gula sæuit.

Constat etiã impios homines, scelerato, & plus quam nefando ausu, halecibus hîc (non procul ab vrbecula GRVNNOA) aliquando copiosè captis, in furcã ob id erectam appensis, virgisq; cæsis turpiter illusisse: idq; ob eam causam, quod tantã halecum copiam aliis non satis carè, pro suo voto obtrudere poterant. Sed res ad magistratũ delata est: & pœnas suæ impietatis iustissimas luerunt.

Deus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Deus autem vt sæpius antea, ita & Anno fatali 1588. se iratũ esse ostendit: quum vtriq; halecis lateri, in NORVEGIA capti memorabiles, & incognitos Characteres insculpserit. Et quamquam quid sibi velint hæ literæ, diuina manu scriptæ, creaturæq; profundi maris impressæ, ignoratur: Attamen certum est Deum id non frustra fecisse.

Vt enim BALTAZARI interitũ, diuino, & inusitato quodam stylo imminere admonuit: ita & hoc prodigio portentifico, vt augurio pessimo, nobis cõterritis, non solummodo piscium capturam fallacem, & frustrà expectandam: sed & quorũdam haud dubiã ruinam, præ foribus esse subindicat. Sed Cimbricæ septentrionalis delineationẽ prosequamur. Quæ in quatuor sedes episcopales latissimè patentes, diuisa est:

RIPENSEM.
ARRHVSIENSEM.
VANDALICAM, olim BVRGLAVIENSEM. &
VIBVRGENSEM. Meditullio, æquoq; solo recumbentem.

Hanc ciuitatem AILNOTHVS ANGLVS copiosè descripsit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

DE DIOECESI RIPENSI.

Ripis elevatio polaris est 55. g. 19. m.

RIPA, in ripa Oceanea sita, ciuitas Australi GOTHIÆ proxuma: mater plurimorum virorum eruditorum, prę clarisque ingeniis fæcunda. Quæ à commoditate limpidissimi fluminis NIBSAA, triplici incursu ciuitatem intersecantis, seq; in Oceanum exonerantis, tribus Leonibus insignita est.

Castellum munitum vrbi adiacet, qua Oceanum spectat.

E saxo quadrato, est hîc templum satis amplum, vnà cum turri miræ altitudinis, in Lilio monte, primum ab ERICO II. magnificè substructum: quem S. ANSGARIVS, ad Christianam religionem conuertit, circa Annum Christi 848.

Ciuitates septem huic Diœcesi subsunt.

Quæ in Nomarchias 30. distincta est. Intra quarum limites, paroeciæ rurales 282. continentur.

Arces & regias domos decem repræsentat.

Castra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Castra verò nobilitatis centũ possidet.

Amnes, in hisce oris fluunt multi, sed qui famam habent, hi sunt:

SCHODBVRGICVS,

Australem GOTHIAM à septentrionali disterminans, memorabili clade SCLAVORVM maxumè illustris: Etenim in agro huic amni adiacenti, protriti sunt à DANIS, vno conflictu ad 40. millia SCLAVORVM. Videatur Chronicon Norvegicum.

Amnis qui HOLSTEDTAA dicitur, cum præcedenti confluit, atque vno aluo in Oceanum descendit.

VARDENSIS,

KARVPENSIS,

SKIERNAA, & alij fluuij memoratu digni, qui paruis initiis in Oriente concipiuntur, postea multorum fluminum aquis aucti, in occasum præcipitanter vergunt, & Oceano illabuntur.

VETLENSIS,

KOLDINGENSIS,

HYLCHIVS, & qui Trux dicitur, in mare Orientis se exonerant.

Proximè ad RIPAM accedit KOLDIN- *Hoc in loco elevatio*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

polaris inuertitur 55.g.28.m.

GA, vrbecula amæna,& peruetusta: cuius meminit Ptolomęus.Eam prę aliis CHRISTIANVS III. ob loci amænitatem,aëris clementiam,& salubritatem in delitiis habuit. Ideoque AQVILÆ BVRGVM arcem, (Ørnsburg) ciuitati supereminentem de integro studiosè renouauit. Vbi & humanis rebus miraculosè subductus, animã Deo reddidit. Anno Christi 1559.

Decumbens enim, grauique morbo ipse vt flos elanguescẽs, per Angelum Dei confortatus est: & de suæ mortis termino admonitus, ante obitum illustrissimam coniugem,liberos dilectissimos,nobilissimum Dominum IOHANNEM FRISIVM regni Cancellarium, M. PAVLVM NOVIOMAGVM concionatorem aulicum, Doctorem CORNELIVM medicum peritissimum, aliosque ex intimis domesticis de subleuamine suæ crucis admonuit: eosque benè sperare iussit.

Nec eũ fefellit prædictio.Eodẽ siquidẽ momẽto,monitore angelo, nõ sine ingenti totius regni luctu, ipse Calendis Ianuarij,ad metã sui æui,placidissimè peruenit.

Eiusdem Anni, & Mensis 24. die, qui Marti sacer est:Martis filius CHRISTIERNVS

NVS II. DANIÆ, SVECIÆ, ET NORVEGIÆ rex, post vicesimum septimum annũ ab adempto sibi Regno, KALVNBVRGÆ SELANDORVM obiit. Qui cum paulò ante, CHRISTIANVM III. vita defunctum audiret: Lachrymis obortis, se eius comitem breui fore, cũ desiderio elocutus est.

Ad eundem modum CHRISTIANVS III. cum in florentissimo regni sui statu, SVNDERBVRGVM veniret: vbi eo tempore CHRISTIANVS II. in custodia asseruabatur, eum adiit, & rerum humanarũ vicissitudines librans, præcipitesq; imperiorum casus cõsiderans, ipsum amplexus est: & captiui regis calamitatibus, vberrimas lachrymas impendit.

Serenissima autẽ Regina DOROTHÆA, post mariti obitũ, KOLDINGÆ, quod reliquum vitæ erat, in perpetuo cælibatu viuere præoptauit: magnũ suę viduitatis, ac męroris exemplũ exhibens. Vbi Scholam nouã intercessione viri consularis, *Seuerini Paludani* (piæ memoriæ) mota, iuuẽtuti extruxit: & pauperib. Nosocomiũ cõdidit

Eius munificentiam, olim pędonomus istius loci, hoc Elogio, foribus Scholæ deauratis literis affixo, celebraui:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Dorotheæ *impensis domus hæc extructa renidet:*
Quæ Danûm *coniunx regia, regis erat.*
Illius æternum florebit nomen in orbe:
Quod musas larga fouerit ipsa manu.

DE DIOECESI ARRHVSIENSI.

Arrhusii eleuatio polaris 56. 15.

POST episcopatum RIPENSEM, sequitur ARRHVSIVM, qua appellatione domus remorum significatur: ciuitas maritima celebris: vbi sedes episcopalis constituta est circa annum CHRISTI 1014.

Hæc Diœcesis, in vmbilico GOTHIÆ septentrionalis sita, syluis, feris, lætioribus item ac fertilioribus agris, præ aliis huius terræ partibus abundat.

Nomarchias habet	31.
Ciuitates	7.
Paroecias rurales	304.
Arces	5.

Inter eas maximè celebris est, SCANDERBVRGVM, quasi SCHONENBVRGVM quis dicat: Lacubus, Syluis, venationibus, &reditib. anniuersariis locuples.

Insulæ

Insulæ etiam nonnullæ huic Diœcesi subiacent, vt sunt:

SAMVS DANICA Samsøe.

Ciuitati dictæ vicina, fertilis eximiè, quæ septem parochiis habitatur.

HIELMIA Hielm.

Facinore magnanimi heroisMARSTIGII, in ERICVM regem, ob læsam coniugis pudicitiam, seueri vindicis, famosa.

THVNA Thun.
MOLSA, & HILGENESVM, Molsoe/Hilgenesse.
ROMSOA Romsøe.
INDELAVIA Indelausæ.
HIARNOA HIARNOE, *Sepultura HIARNI regis celebris.*

DE DIOECESI VANDALICA, SIVE BVRGLAVIENSI.

HINC ad eorum est AALBVRGVM, ab anguillarum copia sic nuncupata: forsan quia secus eam copiosè capiantur. *Aalburgi elevatio 57. gra. 4. m.*

In ea ciuitate VANDALICARVM Ecclesiarũ Episcopus sedem suam habet.

In Nomarchias tredecim satis amplas, hæc ditio discriminata est.

Quæ

Quæ in vniuersum templa rustica 180. continent, plumbo vt & alia ferè omnia, in hoc regno, tecta.

Sex in ea ciuitates reperiuntur.

Domosq; nobilitatis centum ambit.

Partes huius Diœcesis maxumè illustres, cum suis adiunctis, hæ sunt:

VENSILIA	Wendsyssell.
HANNOMARCHIA,	Hanherret.
THYA	Thyeland.
MORSAEA	Morsøe.

De his nunc ordine dicetur.

VENSILIA olim BVRGLA.

VENSILIA inter reliquas huius diœcesis partes, natio grandior, & celebrior est: Cuius longitudo, à meridie, promontorium ad vsq; SCAVINICVM nautis metuendum, in Borealem Oceanum, decem miliarium Germanicorum spacio excurrit: Et lymico sinu piscatu nobili, à reliquo IVTHIÆ corpore discriminatur.

Nomarchia Vandalicæ 6. Rurales paræciæ 70.

Partita est hæc terra VANDALORVM *in monarchias sex.*

Atq; in iis Parochiales Ecclesiæ, septuaginta constitutæ sunt.

Arcem vnam nomine SELSTRVPIAM:

Monasteria duo:

Oppida

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Oppida verò tria habet: vt sunt.

SEBOIVM, *ad mare Orientis sitũ*: SEBII.

HIERINGVM	Hørring.
SCHAGENA	Skagen.

In Nomarchia Kiarherret / inter alios Amnis, qui patrio sermone Ryaa dicitur, clarus est: diuidens præfecturam HVITBOIAM, ab HANNOMARCHIA, & ad Aphricum (SVDVEST) defluens, in Lymicum sinum euoluitur.

In Nomarchia VENNEBERGENSI, alij amnes haud ignobiles fluunt: sed illustriores hi sunt:

LIVERSAA, *qui ex monte propè templum* VENNEBERGENSE *nascitur: Et*

YLLAA, *qui ad ortũ, non procul ab oppido* HIERINGO *concipitur.*

In vlteriore huius terræ præfectura, à cornu HORNSHÆRRET denominata, versus septentrionem in longitudine septem miliaria Germanica patẽte, est mons ASBERGVM, in quo monumenta Gigantum conspiciuntur.

PAROECIA RAABERGA, duo stagna possidet: At ELLINGA tres insulas minores, in mari Orientis sitas ostentat, quæ sunt:

GRIS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

GRISHOLMIA Gryßholm.
HERTZHOLMIA Hertzholm. &
TYDSKHOLMIA, *quasi Germanorum insula.*
Has piscatores occupant.

DE SITV HANMARCHIAE.

Hanmarchiæ descriptio.

HANNOMARCHIA, Danicè Hanhærret, prouinciola est inter THIAM, MORSOEAM, & præfecturam HVITBOIAM. Cuius longitudo ab ortu, in occasum, quinq; miliaria Germanica extenditur: & duo lata patet.

Lõgitudo, & latitudo Hanmarchiæ.

Parochiales Ecclesias supra viginti comprehendit.

In paræcia quæ parua dicitur, Danicè Liden Sogen/*rupis* SKARRINGA, *visendæ altitudinis assurgit.*

Skarringklinth.

Sunt prętera his in oris Syrtes periculosæ, vndis opertæ; quas SANDORAS, ET BRAGAS appellant, in eas multi impingunt.

Sandøer.

BRAGHE.

Insulæ nonnullæ quoque hîc visuntur: vt sunt:

OELANDIA Oelandt.
OXEHOLMIA Oxeholm.

THYA

THYA.

HANMARCHIÆ proxuma est Thya, eximiè fertilis,& piscatura nobilis: quam regiunculam incolæ, ab vlulando sic dictam, pro vero habent. Narrantur enim ista loca,nũc arboribus nudata,olim densissimis syluis instructa, Luporum immanium, aliarumque ferarum latibula fuisse: Cum & nuper putamina, & testæ nucum,ceruinaque cornua in paludibus, vt certa vestigia, & signa, syluarum detonsarum reperta sint. In Nomarchias quatuor interstincta est. Quæ quinquaginta sex parœcias rurales continent. *Nomarchiæ Thiæ 4 parochiæ 56.*

In earum conuallibus, imbrium riui restagnantes, lacus quamplures,& stagna piscosa, quadraginta quatuor efficiunt.

Arcem vnicam ORVMNAM habet: Oppidumq; vnicum Thystadium.

Vbi CHRISTIANVS III. Scholam inuentuti primus condidit.

Cernitur & hîc VESTERVIGA, cœnobium peruetustum, in quo sepulta est regia puella, patrio sermone LIDEN KIERSTIN dicta, Danicis carminibus, & Rythmis sonoris,ob pulchritudinem, & virtutem decantata.

In

In Nomarchia huius terræ, quæ nominatur Hillersherret, templum HANSTADIVM, limes est, inter Oceanum, & mare Orientis.

Insulæ interiores in hac terra hæ sunt:

Handstholm. HANDSTOLMIA, *vnum miliare longa: inter duos rapidissimos amnes sita. Tribus parœciis habitatur.*

Ostholm. OSTHOLMIA, *insula rotunda totidem parochiis habitatur.*

Iegen. IEGENA, *vna Ecclesia colitur.*

Liffland. LIVOLANDIA.

Egholm. EGHOLMIA.

Bodum. BODVMNA *peninsula, quæ & vnum cætum parochialem alit.*

MORSINGIA.

SEQVITVR MORSINGIA, ad quam locis quinque traiicitur: Estq; quatuor miliaria Germanica longa, & duo lata, progressu ab ortu, in occasum facto.

In ea Nomarchiæ tres: &

Vndetriginta parochiæ rurales numerantur.

Lundstott Eleuatio Nycopiæ 56. g. 50. *In australi huius terræ plaga vnica est Arx:*

Vnica etiam ciuitas NYCOPIA Nykiøbing.

Et

Et vnica insula AGGEROA, *Aggerøe.*
STAGNA *duo præcipua habet:*
Amnem etiam vnum haud ignobilem, qui
SCAROMAA *dicitur.*
Sinus & freta aliquot hîc quoq; decurrunt. Fegesundt
Inter reliqua FEGESVNDT *illustre est, à* FENGO
REGE FENGONE *sic appellatum: qui* rex Dania.
ibidem sepultus esse creditur.

DE DIOECESI VIBVRGENSI.

NVNC quia ordo exigit, his quædam de Diœcesi VIBVRGENSI attexemus.

Cuius longitudo ab ortu in occidentẽ, duodecim miliaria Germanica patet.

In Nomarchias sedecim discreta est. Quæ Ecclesias parochiales rusticas 218. continent. Arces tres: totidemq; ciuitates habet.

Freta memoratu digna quinque præfert, vt sunt:

SALLINGICVM	Sallingsundt.
VIRKENVM	Virckesundt.
HVALPENVM	Hualpsundt.
SEBERVM	Sebersundt. & fretum
OTTHONIS, celeberrimum.	Ottesundt: in historiis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Hîc enim OTTO imperator, eius nominis I. annos abhinc 956. cũ exercitu desperabũdus substitit. Quippe suis viribus diffidens, vlterius progredi non ausus, indignabundus hastam in vndas proiecit. Quod ipsum loco, sempiternæ memoriæ nomen OTTHESVNDT in hodiernum vsq; diem peperit.

In oppido SLESVICO huius OTTHONIS nomen, & insignia, cum anni numero, quo hæc gesta sunt, in fenestra quadam depicta esse comperi.

Amnes proinde maximè illustres, decem fundit: quorum facilè maximus & celeberrimus est amnis GVDDENVS, gudden Aa.

DE SALINGIA.

Inter reliquas huius Diœcesis latissimè patentis partes, SALINGIA peninsula fertilissima, Lymico sinu circũdata, diœcesi VANDALICÆ ad ortum obiecta est.

Prouinciolam hanc, in quatuor Nomarchias, triginta rurales parœcias complectentes, distinctam esse cognouimus.

Progenerantur hisce in oris equi generosissi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

nerosissimi, quos venales expositos, exteri auidè expetunt: & magno precio coemptos, longo agmine, alio gentium abducunt.

Inter THYAM, quam suprà retulimus, & Salingiam est Insula, quæ à pulchritudine nomen FAFFVERLANDT accepit: Syluis superba, & anguillarum copiosa piscatura celebris. *Faffuerlandt.*

VIBVRGI, generalis concio, triumvirûm nobilissimorum, & sapientissimorum, de causis ciuilibus cognoscendis, & diiudicandis, toto ferè anni spacio continuatur: nisi vbi inquietę functionis molestiis defatigati, se in prædiis suis paululum recreant, & vires recolligunt. *Viburgi Meridiana 56. 25.*

Vniuersæ igitur Cimbricæ Chersonesi casus, quærelæ, de finibus, & hæreditatum controuersiæ, omnesque capitalium causarum animaduersiones, cuiusmodi sunt cædes, adulteria, furta, & veneficij crimina eò deferuntur. De quibus Magistri litium fori, in singulis Nomarchiis constituti, primum adeundi sunt: qui litem iuxta leges regni dirimãt: eorumque sententiis vero consentaneis acquiescendum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

At ſi corruptelam iudicij moliuntur hi iudices, eò citantur, ſtudiis cauſidicorum ęquis attentiſſimè excutiuntur: atque iuſta communicatis cõſiliis æquilibrio perpenſa, approbantur, & cõfirmantur. Qua via in iudices muneribus delinitos, odioue, vel amore obcæcatos, quos non tam rei veritatem amare: quàm nummis pedicas locare, & perſonarum reſpectũ habere compererint, durius animaduertitur: ac graui nota infamiæ affecti, pœnas iniuſtitiæ ſuæ iuſtas pendunt, dum cauſa cum pudore cadant, reiq; familiaris iacturam ingentem faciant.

Hi dictatores VIBVRGICÆ concionis, aliiq; critici prudentiores, in reliquis prouinciis à rege ſubordinati, vt forenſia diſſidia componãt, AREOPAGITIS Athenarum, pares: & ſenatui Lacedæmoniorum conferendi, ſuperiorem intra huius Regni angulos agnoſcunt neminem: ſed eorũ ſententia, ſuſceptę materiæ congruens immutabilis, ius irreuocabile, & ſempiternum eſt: ni iniuriam quis incuſans, ad regem ipſum (quando coitiones anniuerſariæ in Dania fiunt, & regni ſenatum coactũ habet) denuo referat. Cuius cauſa

ante

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ante Regis tribunal demũ diſquiſita, pro qualitate ſortitur euentum. Atq; hæc iudiciorum ſanctio,& Legum æquitas,ſempiternæ diſcuſſionis cauſarum, ſeruatur in vtroq; regno, in Ducatibus,& prouinciis omnibus, quæ huius regis imperio ſubſunt. Sed hæc hactenus de IVTHIA: Sequitur FIONIA, ad quam longo circumuecti circuitu, in Orientem, ſecundis ventis traiiciemus.

FIONIA.

Fioniam maris BALTHICI incurſus occiduus, à IVTHIA, anguſto quaſi porthmo, ſed vehementi impetu, atq; violento fragore interſecat: & eam vndiquaque, vt & alia regni intima circũdat, ac munit.

FIONIA tam forma, quam ſitu, amænitate conſpicua, vernacula lingua pulchrum, ſeu bellum ſonat. multum enim naturæ dotibus, & cerealibus bonis fæcũdata, rerumque neceſſariarum vbertate prompta eſt. Ideoq; ob ſoli amænitatem, & iugera fructuoſa, nobilibus gratior, frequentioribusq; eorundem caſtris occupatur.

In præfecturas vigintiquatuor diſcreta eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Templa ruſtica, quindecim, & trecenta oſtentat.

Regias quatuor.

Arces nobilium ſex:

Monaſteriaq; totidem.

Ciuitates vero ſedecim ambit.

Vbi ſtagna piſcoſa, manufactis piſcinis exceptis, octo, & octoginta, hominum vſui inſeruiunt.

Vbi decurſu perenni ſcatent amnes nouem & triginta: quibus hæc terra irrigatur.

Vbi promontoria nautis pertimeſcenda duo ſe expandunt.

FIONENSI Epiſcopatui, nonaginta inſulæ, ad meridiem ſitæ, habitabiles pleræq;, glebæ fertiliſſimæ, ſementique accommodæ ſubiacent. Quarum illuſtriores, & quidem contrà VANDALICAS ciuitates proiectæ, hæ ſunt:

LANGLANDIA.

LANGLANDIA, terra à longitudine ſic dicta, ſeptẽ miliaria germanica longa, duo lata, octo parochiis ruſticis occupata.

Laulandia.

LAVLANDIA, à humili, & profundo ſuo ſitu, ſic appellata, octo miliaria longa, quinq; lata. Quæ magis id memorandum habet, quod clariſsimũ virum, D. Doctorem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

rem NICOLAVM HEMMINGIVM, optime de ſcholis, & Eccleſia Dei meritum, nobis tulit. Quare reſpublica DANICA huic terræ iuſtiſsimas gratias debet, quod ex ea tantus vir extet.

FALSTRIA, quatuor miliaria longa.

ALSA, tredecim parœciis ruralibus inhabitatur.

ARRAE A quatuor parochiis conſtat. hæc feris ſcatet.

TOSINGA, trium parœciarum capax.

STRYNA.

TVROA.

EGHOLMIA.

VRESENIA.

ORREA. Vnde fretum, ORRESVNDT, dictum eſt.

BOGOA.

BASTOLMIA, & aliæ.

Sempiterna memoria dignũ eſt, quod vt in hac terra FIONVM, Anno ſalutis mil- 1537.
leſimo, quingẽteſimo, triceſimo ſeptimo, celebrem de hoſtibus victoriam reportauit, CHRISTIANVS III. multo tamen ſanguine impenſo, prout diſpartiti regni miſerrimus ſtatus, ea tẽpeſtate poſtulabat, (in quo conflictu, duo comites, HOIENSIS, & THEKELENBVRGENSIS, itẽ Epiſcopus GVSTAVVS, vitam amiſére: CHRISTOPHORVS vero princeps *Oldenburgicus*,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

exercitu, & caſtris exutus eſt) ita filio eius FRIDERICO II. regi noſtro clemẽtiſſimo, triumphus longè omnium excellentiſſimus, in eadem hac regione OTTONIÆ, ſingulari magnificentia peractus eſt. Anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo.

Eleuatio polaris Ottonia. 55 g. & 21. m. 1580.

Tres ibidem principes, HOLSATIÆ, atq; SLESVICENSES duces, regio ſtemmate prognati, regis Daniæ æquiſſimam dominationem perpendentes, ſe, ſuaque omnia, ante tribunal geniculando, eius patrocinio, & fidei, veteri fœderis iure obſtrinxere.

Honorem quidem ob FIMBRIAM, feudo donatam, Ducatumque SLESVICENSEM libero Allodio traditum, regibus prioris ſeculi debitum (non tamen omnibus ſolemni ritu porrectum, & perſolutum: ſed à temporibus regis CHRISTOPHORI BAVARI, eius nominis vltimi, circiter centum quadraginta annos dilatum) oportunè, conſultoq; demùm FRIDERICO II. concordes detulerunt.

Percuſſum, & redintegratum eſt igitur inter eos, cũ ſumma lætitia, fœdus ſempiternum: Vt DANVM iniuriarum vindi-

1. dicem

dicem agnoſcerent: Ipſum in hoſtibus *II.*
propulſandis, bellove impetendis con-
ſulerent.

Iuſſi viciſſim regi cõtra rebellantes ſu- *III.*
petias mitterent.

Ita benè firmata antiqua ſocietas: vt, quiſquis HOLSATO hoſtis declaratus ſit: idem DANO inimicus eſto: & è conuerſo.

Antiquitus hi principatus cis LVBECAM, Portæ DANIÆ validæ, dicebantur; De faſte Porthe / och vern for Danmarch: quæ quidem hoc die, non vectibus, vel clauibus, non muris, aliisve repagulis manufactis, hoſtibus occluſæ: ſed verè adamantinis vinculis, confæderatione, iureiurando, ſacramento nouo, ſempiternaq; amicitia obſeratæ ſunt.

Atque ſi DANIA ad iſtas auſtrales partes, & terminos, parùm naturæ beneficio vallata, alicui videbatur: hac via, ab omni hoſtili metu, tutiſſima facta modo eſt.

Eo ante multos annos reſpexiſſe DANICAM HEROINAM MARGARETAM, fæminarum illuſtrium prudentiſſimam, quis non videt? Ea cum eſſet trium Regnorum domina, GERHARDO comiti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

HOLSATIÆ, ducatum SLESVICENSEM liberaliter impertita est: Anno Christi su-
1388. prà milleſimum, trecenteſimum, octogeſimo octauo. hac tamen lege, vt pro inueſtitura impetrata, ſe à regno pendere, & clientem Daniæ profiteretur.

Qua etiam conditione, LIVONIAM, militibus ſacri ordinis (quos MARIANOS appellarunt) attribuit, vt & hi regno DANIÆ, ſed eo nomine obſtricti eſſent. Sed inſtitutum iter proſequamur.

SELANDIA.

FIONIA modo dicta, ad Orientem, inclytam SELANDORVM inſulam in proſpectu habet: quæ ſoli tam patentis eſt, vt

Quindecim ciuitatum ſedes.
Duodecim Arcium, aliarumque regiarum capax.
Trecentorum item triginta ſex templorum.
Totidemq; paræciarum ruſticarum ager ſit.
Cuius longitudo, ad octodecim miliaria germanica protenditur: duodecim lata patet.

Alij quaſi maris terram dici volunt: quod vndiquaq; mari incincta ſit.

Alij

Alij verius (vt reor) eam seminis terram appellant: eò quod aliis longè pinguiora, & fertiliora rura habeat. Spōte enim absque annua stercoratione, segetum omnis generis ferax est.

Cuiusmodi agri fruges, & legumina, quæ sic naturæ lætamine sponte proueniunt, salubriora iudicantur, quam quæ stercorando pinguescunt.

Hæc nostratis Saxonis, nobilissimi historici, patria est. Et quidem tam præstanti prole, digna terra, ob pietatis promptissimum studiū. Quod alia gens ad stipem scholarum, sacrorumq munerum vsibus erogandam, SELANDICA propensior non sit.

Selandia natale solum Saxonis Grammatici, historici celeberrimi.

Id religio piorum Elemosyna passim florens testatur: & Doctorum virorum collegium, reditibus amplū, quod ROESCHILDIÆ est, comprobat.

Consentaneum est vrbē Rœschildiam à ROE DANIÆ quondam rege, & fonte qui admirādus isto in loco cernitur, nuncupatam esse.

Rœschildia olim metropolis Daniæ. Vnde dicta?

Hic editiori loco ebulliēs, perennes vndarū scatebras decliui lapsu emittit: quarū decursu, septē molendinorū rotæ, sufficienter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

ficienter in gyrum propelluntur.

Ciuitatis vero celebritatem, magnificentiam, & antiquitatem, multorum diuûm delubra diruta, regiarum, monasteriorumq; rudera arguunt.

Inibi etiam HARALDI VI. impensis, extructum est Sacrarium magnificentissimum: in quo multorum potentissimorum regum, ac principum Busta elaborata conspiciuntur.

Inter ea CHRISTIANI III. conditorium incomparabile, vereq; MAVSOLÆVM resplendet: quale, & quantum, pari pulchritudine, lapide artificiosissimè inciso, variisq; figuris affabrè exornato, nõ alius quisquam regum promeruit.

Tantæ celebrationis monumentum, tam venustè, & faberrimè variatum, vt nihil delectabilius possit oculis offerri, FRIDERICVS II. parentis cineribus, vltima pietatis officia meditando, struxit. Et non patris tantum, sed & sua ossa ibi recondi iussit.

Quia autem hic CHRISTIANVS III. diu, & sanctè Danico imperio præfuit, sanctus rex haud immeritò dictus est. Qui primus apud nos renascentis Ecclesię parens,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

rens, ſacra Biblia patrio ſermone transferri, typisq; diuulgari curauit: Anno ſuprà milleſimum, quingenteſimum, quadrageſimo nono. Cuius egregij facti, aliorumque quamplurimorum erga patriam beneficiorum memoria, poſteritatis nulla obliuione extinguetur: ſed eam cuncta ſecula, debita admiratione proſequentur.

Eius Eclogium præclarum apud Peucerũ extat. Ex poſteritate, inquit, CHRISTIANI I. natus eſt CHRISTIANVS II. in quo iuſtitiamne prius? bellive laborem mirer? Sopitis enim, & ſepultis bellis, reddidit pacem Daniæ, reddidit lucem veræ doctrinæ, reſtituit eccleſias, & iuſtiſſimè in ſumma tranquillitate regnum adminiſtrauit.

Hæc PEVCERVS, leui quadam ordinis hallucinatione ductus, CHRISTIANO II. aſcribit: Cuius imperium turbulentiſſimum fuit: ſed tantum CHRISTIANO III. competunt. Qui poſtquam Regnum tumultibus Chriſtiani II intricatum liberaſſet, & adiacentes prouincias legibus muniuit, & charitate inter ſe conſtrinxit: in ſubditos perbenignus fuit: & in tota

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

in tota vita bonos omnes ſummo amore proſequutus eſt.

SVENO Rex DANIÆ, ET NORVEGIÆ, eius nominis I. qui totam ANGLIAM, Anno milleſimo duodecimo à nato Chriſto ſubegit, ibidem quieſcit.

Nobiliſſima dehinc heroina MARGARETA Valdemari III. filia, DANIÆ, SVECIÆ, ET NORVEGIÆ regina, benè de nomine, & dignitate populi DANICI merita, inſigni ſepultura iuxtim cõdecoratur: quæ obiit Anno Chriſti 1412.

Ea multis iniuriis ab Alberto SVECORVM rege ſuperbo, prouocata, & laceſſita, eidem coacta manu obuiauit: Cuius demum exercitu numeroſiſſimo obtrito, regem ipſum captum, abduxit viuum: & diademate eius inſignita, totã SVECIAM ſibi ſubdidit. pugnatum eſt 21. Septembris, Anni milleſimi, trecenteſimi, octogeſimi, octaui.

Cos adhuc ferreis retinaculis, columnę templi ROESCHILDENSIS, in perpetuam rei geſtæ memoriam affixa eſt: quã idem ALBERTVS, tanquam munus contumelioſum, in ludibrium, & opprobium muliebris ſexus, reginæ, vt in ea ferrum, & arma

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

arma sua acueret, è SVECIA in DANIAM transmisit. Quæ ignominia breui post in proprium ipsius caput redundauit: dum in custodia septennium est retentus: vnde se ingenti pecunia redemit, Anno Christi 1395.

Nam postquam vadimonia constituta essent, sex mille talenta argenti defæcati, cum regina paciscitur. Quæ pignori capionis loco, ciuitates:

LVBECAM.
TORNAVM.
SONDIVM.
ELBINGAM.
GRISPVALDAM, &
DANTISCVM, accepit.

Hæ pro Rege dimittendo, HOLMIÆ SVECORVM, vicariam fidem suppo-
suerunt.

Regina verò hac victoria reportata, triũque borealium regnorũ amplissimorum, dominium adepta, eadem firmo societatis nexu coniunxit: à quo si factiosa molitione SVECI nõ recessissent: sed vnita tria regna perdurassent, eorũ potentiam nulli reges ferre, nulli populi infringere sustinuissent. Verùm ea defectio, postea multorum

Margareta victoriosa.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

multorum malorum fomes fuit; & incendia vtriq; genti pernicioſa, excitauit.

Quieſcere enim cum nequeat illa gens, (quietis impotentiſſima) ſurgentis imperij Danici, pacem, & ocium quieſcere etiam minimè paſſa eſt. Itaque dum illi ad aſſerendam libertatem amiſſam, omnem adferunt conatum: hi ad omne temporis momentum bella priſtina renouant: acquiſitiq; imperij ius conſeruare nituntur. Vnde bellorum ſemine non deficiente, dum id regnum tanquam incerti iuris alteruter populus certatim ſibi vendicet, effectum eſt, vt & immania inter ſe odia fouerint: & à belli præparationibus, mutuisque conflictationibus perrarò interquieuerint.

Alibi etiam in hac inſula, Reges, & reginæ, reguli, comites, mulieresque ingenui ſanguinis ſepulchreta ſua habere prę-optarunt:

In cœnobio SORENSI *ſepulti ſunt:*

REGES tres.
REGINA vna.
REGIA puella vna.
COMITISSA vna.
SENATORII ordinis viri 24.

NOBI-

NOBILES 41.

RINGSTADII *verò reges quiescunt:*

VALDEMARVS I. qui VARINBVRGIO obiit Anno Christi 1182.

CANVTVS VALDEMARI I. filius, moritur, 1202.

VALDEMARVS II. VALDEMARI I. filius. Legislator. vita functus est 27. Martij. Anno 1241.

VALDEMARVS III. filius VALDEMARI II.

Qui venationi intentus, casu fatali, per ignorantiam BALLISTARII interiit.

ERICVS Sanctus Valdemari II. filius:

Qui decimo imperij sui anno, proditoriè cæsus est apud SLESVICVM, (vti superius diximus) cuius cadauer ibidem à religiosis primùm terræ mãdatum: postea Ringstadium perlatum est. fatalis ipsi dies 9. Augusti fuit. Anno Christi 1250.

ERICVS VIII. filius ERICI regis cęsi in FINDERVP, à MARSTIGIO, & sepulti VIBVRGI: migrauit hic ERICVS VIII. è viuis, 1319.

BIRGERVS REX SVECIÆ, qui humanis rebus subductus est. Anno salutis 1321.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Præterea generosissimarum heroinarum, ibidem glorioſum filij Dei aduentum expectantium, nomina ſunt hæc:

SOPHIA filia regis SVECIÆ, quæ naturæ ſatisfecit, Anno Deiparæ virginis 1198.

RIGISSA, ERICI regis SVECIÆ vxor: quæ vita ceſſit, Anno poſt natum Chriſtum 1210.

MARGARETA Damour, regis Bohemiæ filia vitam cum morte commutauit 1213. 27. Maij.

BERINGARIA, regis LVSITANIÆ filia. Quę viam lethi calcauit. Anno Chriſti 1220.

ELEONORA, filia regis HISPANIARVM. Quæ vitæ diem ſupremum clauſit 13. Maij. Anno 1231.

AGNETA, filia Alberti Marchionis BRANDEBVRGICI. Quæ lumine caſſa, viuere deſiit 1300.

ENGELBVRGA, filia MAGNI regis SVECIÆ: Quæ vitæ terreſtris penſum adimpleuit, 5. Aprilis 1319.

MARGARETA, vxor BIRGERI regis SVECIÆ: Et filia ERICI regis DANORVM, cognomento GLEPPING. Quæ expirauit

expirauit 2. Martij. Anno ſalutis 1341.

Sed vt vnde digreſſa eſt oratio redeat.

Haffnia metropolis regni Daniæ, vnde dicta.

Ad Subſolanum ciuitas HAFNIA eſt, regni Metropolis: nomen à portu, nauticoque conceſſu commodiſſimo trahens. Hîc armamentarium regni eſt: & Regiæ claſſis promptuarium, omni bellico apparatu abundans.

Haffniæ eleuatio poli inuenta eſt 55. 41.

Abſolon cognomento Seler primus cõditor ciuitatis Haffnienſis.

Extruuntur primùm hoc in loco, ab ABSOLONE cognomento SNARE, primate SVECIÆ, Epiſcopo Rœſchildenſi, atq; archiepiſcopo Lundenſi, tuguriola piſcatoria, quæ de ſuo nomine AXELHVSE id eſt domos Abſolonis appellauit. Circa Annum Chriſti milleſimum, centeſimum, ſexageſimum octauum. 1168.

Hîc Academia inclyta eſt. Cuius fundamenta, glorioſum eſt CHRISTIANVM I. poſuiſſe. Anno 1474. Sed maior gloria CHRISTIANO III. Qui eam auxit, & ſtipendiis locupletauit.

Maxumum verò, & immortale decus, FRIDERICO II. ante omnes tribuendum: qui eam omnibus modis ſtudioſius exornauit, & ampliauit: tum numero profeſſorũ, tum eorundem ſtipendio adaucto. Anno Chriſti 1569.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Propriis præterea & perpetuis impensis, centum bonæ spei adolescentes, ex omni studiosorum frequentia electos, Seniorumq; Scholę examini subiectos identidem alit. Vnde ceu fonte scaturiente, felicissimorum ingeniorum riuuli, Ecclesiæ, & reipublicæ salutares, per totum regnum nostrum emanant.

AMAGRIA.

Amagria. Ad orientem adiacet HAFENIÆ insula AMAGRIA, sex millia passuum longa, quatuor lata, omnium fæcundissima:

Hæc ciuitati negociatione, & concursu hominum celeberrimæ, res alimentarias Scaphis importando, cotidie ancillatur. Referta est hæc insula MATTIACIS, qui ad rem attenti, & lucri cupidi, omni tempore, bona sui agri, ciuibus communicant.

HVENA.

Huena. Versus aquilonem est insula HVENA, in mari BALTHICO sita, ad longitudinem 35. graduum, & latitudinem 56. porrecta. Quæ pari propemodum spacio distantes terras, SCANIAM, & SELANDIAM vtrinque habet. Et verè maris BALTHICI, plus

plus hoc loco, quam aliis corriuati, nobili porthmo ſpectabilis: dum freti natura coarctati, medias aquas, inter vtramq; aridam, vrbeſq; ſecus oſtentet.

Exigua quidem terræ moles hæc inſula; at rerum ingentium, & ſublimium, gloria illuſtris, maximeque nobilis. Nam in ea (quæ Mathematicis obſeruationibus admodum oportuna viſa eſt) liberalitate FRIDERICI II. perpetuo encomio digniſſimi; Nobiliſſimi autem viri THYCONIS BRAHE, Domini de KNVDSTRVP, ac Mathematici peritiſſimi induſtria, alacrique ſtudio, Schola ASTRONOMICA, & Meteorologica, in Arce VRANIBVRGI fundata eſt: ad artem iſtam diuinam, obſeruationibus mirificis, & inauditis emendandam, ac ſuo loco, & honori tandem aliquando reſtituendam.

Viceſimo Martij, Anno 1590. vidit hanc inſulam, cum ſuis proceribus, ſereniſſimus, & literatiſſimus Rex SCOTORVM IACOBVS VI. vbi noua, admirandaque inſtrumenta aſtronomica conſpexit: ea vt vnicè miratus, ita herum, & præſidem artis, arcisque plurimum dilexit. Sublatis enim manibus acquieuit, & aliis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

omnibus vſpiam viſis delectari : hiſce verò ſuprà modum ſe tangi, inq; admirationem rapi confeſſus eſt.

DE ARCE CRONEBVRGO.

ADlatus maritimũ, explendeſcit CRONEBVRGVM, caſtrum munitiſſimum, & inexpugnabile : arx ſanè magnificentiſſima, ex lateritia facta marmorea, ſumptibus maximis FRIDERICI II. quadrati lapidis artificioſa compage congeſta, & mirabili ſtructura abſoluta, 1584.

Primum enim molem lapideam, in ipſo littore, ante arcẽ coaceruari iuſſit : quam trabibus maximi roboris contextis, ſudibusq; tranſuerſis, & cratibus firmiſſimis connexis corroboratam, fluctibus opponi fecit : cui Saxa immenſi ponderis alia, ſuper aliis grandioribus, ad ſtabiliendum operis pulcherrimi fundamẽ iniecta ſunt : ne vt antea opificum incuria, vndarumq; frequentiſſimis, & violentiſſimis latratibus lambentibus, id dehiſcat, & fatiſcat.

Habet hoc caſtellum aliud in aduerſa RIPA SCANIÆ, quod ELTZEBVRGVM appel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

appellant. Vtrobiq; sanè bellicarum machinarum vis ingens, hinc, & illinc, ad cõcutiendũ naues furtim, & sine venia præternauigare, debitumq; portorium subtrahere conantes, locata.

Nam hoc in loco, naturæ beneficio, ad id præparato, pro mercibus vltrò, citroq; exportandis, rursumq; inuehendis, alióve transuehendis (si modo quis nauigationem institutam securè absoluere velit) reddenda erit ratio. Qui secus faxit, capitale esto: Et bona quantacunque fuerint subtracta confiscantor.

Velificantes igitur, dorsumq; angusti maris, hac calcantes, quocunq; soluerint, siue in LVSITANOS, vel HISPANOS, GALLOS, BRITANNOS, vel quaqua versum, cursum direxerint, angustas Porthmi fauces, vtrumq; castellũ interlabentes intrare coguntur: Et portorium salis, vini, aliarumq; mercium pretiosissimarum, carbasis diductis, pendere tenentur. Quibus dimissis, mox alij onustiores rationẽ reddituri, cateruatim cõmeant: & voluntatem regis Daniæ præstolari tenentur. Idque bono iure, quod pro ipsorum salute, transituq; securo, regia classis, perpetuis

sumptibus instruatur: & triremes per æquora traducantur: vt quicquid piratarum inuestigetur, capiatur, crucique adiudicetur. Ne spoliorum lucris gustatis, inducti, prædæque dulcedine illecti, maius in posterum facinus tentent, quampluresq; innocenter trucident: neve impunitatis spe, huius pelagi portibus, tanquam receptaculo, sentina piratica abdita delitescat, incautisque insidias locet.

Ita beneficio Neptuni DANICI, mare perpurgantis, neminemque prædonum elabi permittētis, tuto omnibus, sine seruitutis, & mortis periculo transmittentibus, saluus conductus, quo volent, patet. Siquidem opem suam, contrà piratarum impios ausus implorantibus promptissimè communicat, & negociatoribus tutissimum maris vsum conseruando, vnicuilibet terræ, suos ciues saluos reddit.

Quanquam verò DANIA, neque aureas venas, neque vineta, quibus glorietur, natura habeat: vt ARABIÆ, HISPANIÆ, VNGARIÆ, ITALIÆ, & GERMANIÆ hoc modo conferri possit: profert tamen, præter alias fodinas metallicas, suas amplissimas opes: & reuera hoc

maris

maris BALTHICI ostio vinifera, & aurifera est: tam vinifluum mare, quam aureum flumẽ possidens. Cuius anniuersariis reditibus immensis, Regiæ GAZÆ, opesq; excrescentes, HERMO, TAGO, Pactolo, & Rheno non cedant.

Nam quicquid ab aliis, maxumo cum labore, in vinetis, & subterraneis periculosè quæritur, inuenitur, effoditur, igni excoquitur, & aqua minerali diutissimè lauatur: tandemque vsui humano, in formas, massasq; diffusum præparatur: eius magna pars nostratibus, in mercium acceptarum compensationem numeratur: maior regi iusta, ac debita vectigalis pensione exoluitur.

Laborent igitur alij in fodinis profundissimis, tetras, & pestilentes exhalationes perferentes:

In vinetis desudent alij:

Nonnulli vnionum piscatu, aliisq; artibus in colligendo auro, se macerent: Nobis quia,

Pascitur in pratis, luxuriatq; pecus:

Arua magnitudine, & amplitudine, pastionis suæ, boum, pecorumq; multitudinem suppeditant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

AGRI, frumentorum vbertatem.

Nemora, ſuos etiam annuos prouentus, & Maria, copioſiſſimam piſcium affluentiam ſubminiſtrant.

Harum, atque aliarum mercium, quæ quotannis exportantur, iuſta commutatione, & communicatione, alia regna ſubleuantur: aurique congeries, quantum regno ſufficit, importatur. Nam vt mihi THALIA ſuggeſſit,

Quas fundit TAGVS *Aureas harenas,*
Quæ ramenta dat HERMVS: *& lapillos*
Quos INDVS *virides, vel albicantes*
Iactat: Quæq; ſuis latent cauernis
Terræ viſcera, ſat periculoſis:
His nunc DANIA *turget, & ſuperbit.*

Principes Græcorum inſignia habent aureum vellus, non quod ibi aurea vellera, à pecudibus geſtentur: agnum enim inter pecudes, aurea clarum fuiſſe coma, vel oues auream habuiſſe lanam, fictum eſt prorſus, vt habent verſiculi:

Nullæ vnquam pecudes ex fuluo crede
metallo:
Geſtarunt villos, auricomaſq; cutes.

Sed vel quia à vellere plurima vectigalia accipiant: vel vt hoc Symbolo, in Scutis effigia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

effigiato, ad Argonautarum, auorum ſuorum virtutes bellicas, & clara exempla remitterentur: qui periculosè, & ſummo cum vitæ diſcrimine, ad inauratam pellem, domum ſecum apportandam, Colchos profecti ſunt: & dura virtutis ope ſuperarunt.

Tria lilia GALLVS, non ſine myſterio, in geſtaminibus, & ſignis militaribus habet.

Auream aquilam exercitui ſuo, Orientis ſignifer, præfert.

Fuſcam vero, bicipitemq; Occidentis imperator geſtat:

At DANIÆ, & ſeptentrionis regi, extrimari BALTHICO, in has terras ſe triplici incurſu immittente, & GOTHIAM, à FIONIA, FIONIAM à SELANDIA, SELANDIAM à SCANIA diuidente: quędam ſuorum nobiliſſimorum inſignium oriuntur: tres nimirum cœrulei coloris Leones.

Eò quod mare hoc, motibus procelloſis agitatum, mirum in modum ſæuiat, ac terrorem nauigaturis incutiat: non ſecus ac leo toruus, minaxque ſolo aſpectu mortales territat, voce, rugituq; conſternit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

nit. Quin & mare hoc concitatum, procellisque intumescens, robur, vim, impetum, ferocitatem, & diritatem leoni insitam, proxumè repræsentat.

Et vt fera hęc validissima, primas in toto agmine obtinens, quadrupedumq; genus omne, longo post se relinquens interuallo, fætum vnicè diligit, tuetur: cætera bruta, maximè verò inimica, sine negotio prosternit, nobilemq; iram gerit: ita hoc mare, facilè omniũ præstantissimum, DANIS munimentum, brachiis extensis, alueisq; suis profundissimis, hostes se intuentes terret, & regni vires circundat: eiusq; insulas quamplurimas, quasi cingulis redimitas cingit, tutasque ab hostium incursionibus, & latrociniis conseruat: haud secus, ac pia mater, infantulum vlnis suis amplectitur: vel quomodo virginem, Baltheus preciosus condecorat.

Mare Balthicum ỹn de dictum.

Vnde & mare BALTHICVM nuncupatum est. Pisces etiam in hoc mari delicatiores capiuntur, quam in aliis DANICI freti partibus. Etenim non ita fluidi, aut molles, sed solidioris carnis sunt, vt non facilè corruptionem admittãt. Ergo pluris multò haleces, Balthici maris ęstimantur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

tur, quam Lymici, vel alterius sinus, & ab exteris auidius expetuntur, cariusq; coëmuntur. Sed hactenus de mari BALTHICO: in quo cõplures insulæ, ad meridiem sparsæ iacent: vt sunt,

MONA, insula rotunda, vna Nomarchia vnaq; ciuitate STEGOA celebris: Mønsland.
PROMONTORIVM iuxta eam expanditur, quod Danicè Mønstlinthe *dicitur.*
DANIAE HOLMIA, Dannarchisholm.
STINESVM Stineß.
VIGENESVM Vigeneß.
AGGEROA Aggerøe.
*OMMIA*Ømøe.
EGHOLMIA Egholm.
THVILLVMOA Thuillomøe.
SPROVA Sprofføe, *& aliæ.*

Versus septentrionem extructum est FRIDERICHSBVRGVM, arx, ab HERMOLAO TROLLE, equestris ordinis viro nobilissimo, rerumque maritimarum in bello aduersus SVECVM gesto, summo præfecto, in loco omnium amænissimo primùm cõdita: quam postmodum FRIDERICVS II. loci amænitate inductus, exquisito quodam apparatu adimpleuit, & coronæ subiecit.

Regię pietatis zelus singularis, hoc loco ab-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

co abundè declaratus, haud prætereundus est. Qui intrà superbas castelli portas, iuuentuti studiosæ, Scholam condidit: omnibusque necessariis sempiterno decreto prouidit. Vt non tam marti bellicum propugnaculum, quam mineruę castrum vmbrosum erexisse censeatur.

Mirum dictu, cum alij canes venaticos, ab extremis terris quæsitos, potius alant, phaleratosq; equos, & greges pessimorũ assentatorum sibi abblandientium, pluris quam Scholasticum faciant.

Hanc Scholam, Regia M. bono consilio, ad cænobium SORENSE, locum studiis magis salubrem, & opportunum postea transferri curauerit: & cùm numerum docentium, ac discentium: tum eorundẽ reditus, & sumptus anniuersarios auxerit.

Neq; verò ergà hanc Scholam solummodo beneficus fuit: sed omnes alias quotquot in omnibus ciuitatibus regnorum, & ducatuum suorum possedit, mira benignitate fouit, & amplissimis salariis liberalissimè ornauit.

Nouit enim, regalius esse addere, quã adimere. Quin etiam, quod admiratione dignum

dignum eſt, regios agros, vbivbi paſſim colantur, decumanos eſſe permiſit: & miniſtros verbi ab omnibus ſecularibus oneribus immunes eſſe, exemplo maiorum mandauit. Qua ſua propenſa munificentia, ſubditis alioquin diuina lege, ad iuſtè decimandum obſtrictis exemplum reliquit: omnesque ergà diuini verbi miniſterium, ad gratitudinē inuitauit: Nam vt venuſtè Paterculus dixit,

Facere rectè ciues ſuos, princeps optimus faciendo docet.

Hoc encomium non ad adulationem, ſiue gratiam regis (quod leuitatis eſt) ſed ἀκολακεύτως ex meritis, & debito, in virtutis ſempiternum teſtimonium ipſius maieſtati ferimus. De hiſce raris, & maximis ſancti regis ornamentis, plura nunc dicere ſuperſedebo.

Reſtat nunc vt è SELANDIA, in SCANIAM peruagandam, demum ſoluamus.

SCANIA.

Scania.

Inſulæ SELANDORVM, quā modo perſtrinximus, nobilior alia, ad ortum, quæ SCANIA dicitur, adiacet: cælo, & ſolo læta agro-

agrorum fertilitate, pinguedine, & vbertate omnibus aliis facilè antecellens; vt eo nomine, gloriam, & coronam reliquarum eam, haud malè quis dixerit.

Quæ quidem natio SCANIARVM, olim in duos magnos ducatus diuisa, hinc HALLANDIA, isthinc BLEKINGIA, viginti quinq; miliaria germanica in Orientem extenditur. Quibus partibus, velut pedibus, seu cruribus lato seiunctis spacio, vno quidem ad ortum, SVECIÆ confragosos limites calcitrat: altero versus aquilonem NORVEGICOS præruptos, asperosq; fines attingit.

Ad boream insulas has prospicit:

SEDEROAM	Sederæ.
SVEDEROAM	Suederæ.

Ad subsolanum, insula SANTHAMERA erigitur.

Disterminata est hæc terra SCANIÆ in præfecturas viginti tres.

In vniuersum verò, cum dictis duabus suis partibus maximis, BLEKINGIA, ET HALLANDIA, quarum illa tres, hæc octo Nomarchias continet, tam latè prominet, vt

Quindecim ciuitatum altrix, &

Sexcen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Sexcentarum quindecim paræciarum rusticarum, mater sit.

In HALLANDIA inter alia munitiora loca arx VARIBERGA celebris est: in cuius obsidione postrema, duo præstantissimi duces, non sine ingenti Regis nostri, totiusque exercitus mœrore occubuere.

DANIEL enim RANTZOVIORVM gloria, pila ænea in faciem adacta, expirauit.

Sicut & DANORVM fortissimus heros, FRANCISCVS BRAACHENHVSIVS, equitum magister summus, crus dextrum globulo venenato saucius, fatis concessit. Anno salutis, millesimo, quingentesimo, sexagesimo nono. 1569.

Archiepiscopus regni, quondam suarum rerũ bene satagens, elegit sibi LVNDIÆ SCANIARVM sedẽ: Quod commodiorem, ac conuenientiorem locum nusquam obseruasset.

Quanta vero vbertate sit, & quam copiose fruges ferat, ex duratione decennis belli SVETICI liquet. Quo tempore, quanto hostibus vicinior, tanto infestius commota, acerbiusq; quassata est.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

In ambiguo ſane poſueris, vtrum incolæ, plus commeatus, pabulorumq; proprio militi, tam pedeſtri, quam equeſtri, diuturno hoc bello impenderint? an hoſtes prædas agentes, terræ huius limites, præſidijs interdum vacuæ trangreſſi, plus boni diripuerint? haſce difficultates, victoriæ aliquot celebres, in hiſce plagis, à DANIS acquiſitæ, lenierunt, & euicerũt. Qui impari licet manu, & ad HELMSTADIVM, & FALCHENBERGAM, cum SVECIS Danorum paucitatem contemnentibus congreſſi, feliciter dimicarunt.

Pugna FALCHENBERGICA. 1565.

Ad FALCHENBERGAM belligeratum eſt in campo AGSTOLDENSI. Anno milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quinto. Quo in loco ſex millia SVECORVM fuſa eſſe narrant. Ego autem à ſtrenuo viro, qui eo die ſtationem ſuam fortiter tuebatur, didici longe plura eſſe proſtrata.

Verum, vtut ſe res habet, præclara ſane iſta DANORVM fuit victoria. Signa enim militaria, & vexilla in acie quam plura, omniaque ænea πεδιακὰ ὄφγανα (quæ Carthonos, & campeſtres ſerpentes appellant)

pellant)

pellant) eo die aduersum nostros producta, numero scilicet quadraginta octo, intercepta sunt: siq; noctis interuentu, non euasissent reliqui dispersi SVECI, omnes ad vnum deperijssent. Pugnatũ est enim fortiter, donec nox prælium dirimeret.

Oratio habita sub aduentum hostium, à nobilissimo, & fortissimo duce, DANIELE RANTZOVIO (cui exercitus Danici administratio commissa fuit) tanto est notatu dignior, quanto religiosior: O viri, inquit, fortes, alacres consurgite, pugnemus hodie pauci aduersum multos promptissime: ad certamẽ studio vincendi acriter properemus: pro patriæ legibus, regis incolumitate, coniugum, & liberorum salute, contra impressiones hostium, fronte aduersa, cautibus rigidiores in acie stemus: & maiorum vestigijs insistentes, genti nostræ, sempiternam gloriam paremus.

A rege siquidem præmia, quæ meremur, propense reportabimus: à Deo certam, lætamq; victoriam consequemur: quæ non in numero militis, sed in fiducia, & pietate erga Deum sita est.

Cuius voto religioso, felicissimus, &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

prosperrimus euentus actu tum respondebat: victoria enim ijs de cælo, in sinum quasi delapsa est.

Sæpe etiã alibi, & præcipue ad HELMSTADIVM (oppidum HALLANDIÆ, multis impressionibus frustra à SVECIS tentatum) deuicti sunt. Vbi regiam DANORVM, fulgentibus armis, vno, atque altero prælio explendescens, milites, præsentia, voce, & alloquio firmauit, palmamq; obtinuit. Sic tandem elanguescebant hostes, vt aperto marte, collatisve signis, cum nostris manus conserere, ausi non fuerint.

Locorum difficultates, durosq; calles, virtute eluctatus est exercitus noster, incredibilesque labores forti animo sustinuit, quando cauearum viarum anfractus penetrare, & angustias præcipitijs præruptas, per arctam semitã, & scabram viam alpium inaccessarum, in terra hostili, sine ordine præterire necesse habuit: ibi nostrum militem itineribus fessum, armisq; grauatum, ab alto adorti sunt: variaq; crudelitatis exempla ediderunt.

Tandem ad pacem sarciendam moti, per deprecatores suos, munera magna polli-

pollicendo, pacisq; conditiones, quaslibet non detrectando, belli ancipitem aleam, incertamq; fortunam subire periculosum esse comperere.

Atqui, ERICVS SVECORVM rex potentissimus, suscepto hoc bello, nulla interueniente iusta caussa, in miseriæ pelagus se demisit, sed non eduxit: Lernāq; omnium malorum in subditos effudit: qua regnum suum multis calamitatibus inuoluit, se ipsum inextricabilibus malis implicuit, tandemq; magna ærumnarum mole oppressum solio deiecit. Adeo verum est quod prodidit ATHENAGORAS,

ὅταν ὁ δαίμων ἄνδρι προσαίνει κακὰ, τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον.

Ad hunc modum ERICVS in maximas miserias incidens, experientia rerum magistra edoctus, ter se in vita, vehementer errasse, atq; per mentis alienationē, quo esset in loco se ignorasse confessus est.

1. Quando iuuenili quadam ambitione audacior, parentisq; Thesauro ingenti relicto arrogantior, & cōfidentissimus, ad fastum inclinans, viresq; librans, DANORVM optimo regi non lacessitus bel-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

lum inferret. Etenim in rebus ſecundis inflammantur hominum animi, vt etiam impoſſibilia aggrediantur,& ſperēt. Mutilare igitur regis ſublimia inſignia, & deturpare regni geſtamina, puppibus nauium DANICARVM inſcripta,minime dubitauit. Cuius temeraria conſiliorum ratio,incommoda occaſione prorumpēs, infelicem exitum habuit:quem declinaſſet,ſi ſubinde mente ſua reuoluiſſet:

Conſilium ſapiens,occaſio commoda,felix
Exitus, vnius ſunt tria dona Dei.

2. Cum Germanum vt imperij æmulum,dura captiuitate detentum,ſuæq; felicitatis inuidia exulceratum manumiſit.

3. Quando maieſtatis,& regij decoris oblitus, immemorq; ſui, eruperit in cæcum voluntatis affectum, concubinam familiæ illuſtris fulgore non conſpicuam, KATHARINAM nomine, vxorem illicenter ducendo, conſortemq; cubilis agnoſcendo. Qui prius tam illuſtris, tam honoratus, tamq; potens rex, generoſiſſimarum heroinarum delectum haberet. Ab eo die venenum ſibi parari conqueſtus eſt.

Fuit autem KATHARINA hæc filia cuiuſ-

cuiusdã hominis militaris, custodiæ carceris præfecti, SVECIS aliter SINFRILLA nominata: quam vti diximus diademate regni stulte insigniuit: Et non solum ipsi eximios hosce honores detulit: sed & in eius gratiam, propinquos, amicos, affines ipsius plebeios extulit.

Hocce tam dispar coniugium, impetu potius, quam consilio initum, infinitas calamitates, tandemq; insignem imperij, & rerum SVETICARVM mutationem attulit. Nam rerum conditione conuersa, diuinaq; sic dispensante iustitia, tanto regi, omni regio honore exuto, imperiũ abrogatum est, quod ad fratrem deuenit: à quo iusta talione, cum vxore, & liberis, in vinculis retentus, inibi mœrore, scelerumq; conscientia cõtabescens, spiritum miserrime posuit.

Abominabilis fastus, iniustæq; dominationis diuinitus punitæ, certissimum testimonium: Inconstantis etiam fortunæ, atq; humanæ imbecillitatis exemplũ.

Quanta autem fuerit potentia, vel inde maxime patet, quod bellum terrestre, ac maritimum cõtra duos potentissimos DANIÆ, videlicet Regem, & Moscho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

VITARVM principem, ciuitatemq; excellentissimam LVBECAM (in eo bello, fide societatis, cum DANIS illustrem) longo tempore gessit: Vimq; & incursiones eorum indigena propemodum milite, fortiter sustinuit. Nihilominus ob tyrannidem inauditam, solio deturbatus, humanæ imbecillitatis speculũ præbuit.

Longe aliam viam FRIDERICVS II. DANORVM rex optimus (quo nemo reipublicæ amantior, nemo apud populum, ab omni hominum memoria desideratior fuit) est ingressus.

Qui vt amore erga subditos, firma basi retinendi imperij, & virtute, æternam memoriam acquirere gloriosum esse duxit: Ita ERICVS tyrannide toti mundo innotescere, ne minimum quidem abhorruit.

Ex relatu Magistri CVNZÆI, chirurgi regij, sexaginta numero sunt, quos rex ipse, gladio, vel venabulo confodit: præter insontes quamplures, nobiles, pariter ac ignobiles, securitate, ac defensione priuatos: quos sine iuris, & iniuriæ discrimine, delegato militibus ministerio, vel grauibus, inhonestisq; vulneribus in vinculis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

culis cruentari, & trucidari: vel omni rationis fræno excusso, nulla prorsus habita caussæ quæstione, ad necem tristissimo spectaculo, amicorumq; luctu acerbissimo, trahi iussit.

Miserãda eiusmodi reipublicæ facies; vbi dempto fine, nulla calamitatis species deerat: videre enim & gemere erat, cædes sine offensa patrari, carcerem sine crimine ingredi, mortemq; immerito perpeti. Quorum recordatio, lacrymas, vel ex ferarum cordibus; nedum miserationem, hominum pectoribus elicere posset.

Ita violenter, & contumelioſe dominatus est: vt & imperio publicũ dedecus conciliarit: & priuatũ odium, in se omnium plusquam nouercale concitarit: seq; inuisum, & despectum cunctis reddiderit. Vnde mali principis malus exitus subsecutus est. Iuxta vetus illud:

Nihil violentum durabile. Item:

Atrocia delicta, atrocibus puniũtur pœnis.

Et PETRARCHÆ dictũ mire huc facit:

Vitam exitus: diem vesper probat.

Tanta reipublicæ vulnera, regisq; crimina manifesta Sueci neq; dissimulanda neque ferenda esse arbitrati sunt. Quare ad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

uersus eum omnium ordinũ acerba querimonia, & consentiens querela, typis HOLMIÆ SVECORVM, patrio sermone publicata est. Anno salutis nostræ, millesimo, quingentesimo, sexagesimo nono: quæ æternas ERICI memoriæ inusfere notas.

Sunt autem huius actionis hæc præcipua capita:

ERICVS *diuini, & humani iuris violator: Aliarumq; legum super alias lator.*

Paterni idem testamenti calcitrator: cohæredumq; si non facti crimine, at volũtate parricida. Nã Cicero pro Milone, vult non tantum exitus rerum: sed & mala consilia legibus vindicanda esse: Et manifestum est in historiis, nõ solummodo patrati, sed & concepti facinoris conscios pœnas dedisse.

ERICVS *præterea, quo modo sibi suspectos excruciauit: admiscens interdum contumeliis amicitias, & sceleribus fictam prætendens pœnitentiam.*

Rursus verò gratiam facilè dissoluens, malorum elatione, æquè exultans: atq; bonorum depressione gestiens, qui vt plurimum pro officio, & beneficio supplicium tulerunt.

Probos omnib. bonis pelli, existimatione, & dignitatibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

gnitatibus exui: Et è diuerſo nefarias ſceleratorum officinas, gaudio, lætitiaq; fluitare pulchrũ eſſe ducens. Adiiciunt, quod in ſubditos, & domeſticos, atrocior, quam hoſtibus virtute formidabilior extiterit: qua via licet diſcinctus, inter fortes tamen ſe annumerari affectabat.

Erga gnathones, hiſtriones, impoſtores, gregeſque peßimorũ aſſentatorum, idẽ profuſa largitione abutens, qui quæcunq; appetiuere cõſecuti ſunt: ſed in emeritos ſordidè tenax.

AErarium ambitione exhauſtũ: per ſcelera ſupplendum voluit.

Ad ſummam, fuit in eo tanta peccãdi libido, vt etiamſi cauſa deeſſet, ipſum peccare in primis delectaret: nihilq; prætermitteret, quin optimates regni exterminarentur: & reſpublica præclariſſimè inſtituta turpiter dilaberetur.

Quare SVECI vbi magnum patientiæ ſuæ monumentũ dediſſent: regem, leges laudabiles, iura, fas tranſgredientem, atq; in mores tyrannicos prolabentem, imperio ſummouerunt: Liberis verò omnem ſuccedendi ſpem, totumque hæreditatis ius, quod per ipſius perſonam obtinebant, in ſempiternum ademerunt.

Multos timeat neceſſe eſt, qui à multis timetur.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

In ipsum igitur hi versiculi meritò torquentur:

Tu plebi, patriæq; tuæ, noxa atq; ruina:
Tu probrum q;, dolorq; tibi: tu lætitia hosti.

In superiorum fidē, Epistolam fratri missam è carcere, libet hîc attexere.

ILLVSTRISSIMO, AC POTENTISSIMO PRINCIPI IOANNI SVECORVM GVBERnatori hæreditario, salutem humiliter.

ILLVSTRISSIME, *ac potentißime princeps, Domine frater, coniectus est heri in carcerem, vnicus meus famulus,* Doctor BENEDICTVS, *vxà cum coquo meo, quorum opera, pro me, & liberis meis in hac mea miseria, minimè carere possum: ni inedia nobis pereundũ, & contabescendum erit.*

Rogo propterea, vt ipsis relaxari è carcere, & nobis inseruire liceat: id Deus omnipotens C. V. in hac vita, & futura compensabit: ego etiam piis precibus ad Deum demerebor. Datum HOLMIÆ *à carcere, 6. Octobris. 1568.*

SED

SED hęc de cauſis belli poſtremi Suetici,& occaſione exauctorati regis dixiſſe ſufficiat: quē ſuaptè natura humanum fuiſſe initio, fama conſtantiſſima eſt: ſed poſtea eum prauis cōſiliariis corruptum,& in deterius mutatum, SVECIA gemebunda deplorat.

Solent enim adulatores, ad ſui imitationem principes trahere: eorumq; auribus ſeruire,&gratiam variis inſinuationibus affectare: tam magnos, & validos eos facientes, quam videri volunt.

Sed cuinam quæſo ERICVS ruinam ſuam, niſi GEORGIO PETREO debet? qui prora,&puppis ipſi ad omne malum erat.

Cætera qui ſcire volet, ex actione illa, in lucem contrà ipſum euulgata petat: illuc lectorem remittimus.

Atq; hæc ab occidente, in ortum progrediendo,maxumæ partis DANIÆ,vera demonſtratio eſt: à qua, quam longè aberrarint, CRANTZIVS, MVNSTERVS, & alij, ob cauſam prius dictā, æquus Lector facilè iudicabit.

Reliquæ inſulę vlteriores,& prouincię quam plures,deuiæ, & ab hoc ordinario tractu

tractu ſemotæ, regno tamen ſubiectæ, famulantium loco reputentur. Quarũ præcipuæ ſunt hæ:

GOTLANDIA.

Antiqua GOTTHORVM ſedes, viginti miliaria Germanica lõga, & ſex lata: terra fertilis, & pecudum paſtione pinguis.

Arcem vnam,

Ciuitatemq; vnicam, & antiquiſſimam VISBOIAM *habet, olim emporium diuerſarũ gentium confluxu illuſtre: & pretioſis mercibus tota Europa decantatum.*

Templa centum, totidemq; rurales eccleſiæ in ea numerantur.

Diuertigia, & portus nauium vndecim.

In ea ſpecus ſuperné fornicatus, & concauitas deorſum petroſa, terribilis valdè dicitur eſſe: cuius interraneos meatus, & tenebricoſos receſſus, ad finẽ, nullus vnquam greſſu expiſcari potuit.

Ad hanc inſulam, valida tempeſtate iactata eſt Danica claſſis, Anno 1566 Quæ dum ſuam prætoriam titubantem, & curſum tenere non valentẽ, ad littus Nomarchiæ Steffnesheret/ amplius ſabullare cogitur, à

tur, à curſu retardata eſt. Poſt aliquot verò dies SVETICAM fugientem, hucusq; inſecuta, cũ imperioſi æquoris fluctibus, reluctabunda conflictans, obniti tamen contrà nõ valuit: neq; ancoris, vtut tenacibus infrænata hærere ſuſtinuit.

Amiſimus igitur cũ prætoria, qua ſola duo millia armatorũ vehebantur, decem alias munitiſſimas naues, tormenta quam plura, maximamq; naualis exercitus partem, circiter octo millia hominũ. Sic quo trahit fortuna iter intendendum, vt Virgilius cecinit:

Mutati tranſuerſa fremunt, & veſper ab alto,
Conſurgunt venti, atq; in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus, ſuperat quoniam fortuna ſequamur,
Quoq; vocat vertamus iter.

Epiſcopũ, huic inſulæ FRIDERICVS II. primus præfecit, & alios in ſempiternum pręficiendos, liberali ſalario conceſſo ordinauit.

BORINGIA.

Inſula famoſa, ad ſubſolanũ (SVDOST) in mari Orientis ſita. Cuius longitudo ſeptem miliaria Germanica protenditur, duo lata patet. Borringholm.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

In quatuor Nomarchias partita est:
Arcem vnam habet, quam HAMMERSHVSIV *Mappellant.*
Ciuitatulas tres possidet.
NEXOAM Nexe.
RVNDEAM Runde. *& quam* OLORVM PALVDEM *vocant.* Suannefier.

Ad Septentrionem insulas.

NORDTHOLMIAM: *&*
THVNETAM *suspicit.*

Huc etiam spectat OSILIA Bona, Liuoniæ pars. Ösel, vbi regia arx Ornsburg.

Curlandia Curlandt. nec nõ reliquę terræ, quarum mentio, antea in descriptione SVNDERIVTHIÆ facta est.

Vtinterim vastissimi regni NORVEGIÆ, item amplissimarum insularum, vt sunt FAROÆ, ISLANDIA, GRVNOLANDIA nullam prorsus mentionem faciam. Quæ cum à nostro climate, vltrà arcticum circulum protensa, remotissimè, longissimeq; distent: Et multa mirabilia, suprà vulgarem humanarum rerum cursum in iis cõspiciantur; relinquo doctioribus, & peritioribus hunc laborem; qui vel ab oculatis testibus, de hisce pleniorem cognitionem percepere: vel ipsimet

solertius

ſolertius hæc loca perluſtrauere. Nam teſte FLACCO,

Segnius irritant animos dimiſſa per aures,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus:

Vnicum tamen documentum de admiranda viciſſitudine ortus, atq; occaſus ſolis in NORVEGIA adiiciam.

Quando ſol æſtiua ſigna perambulat, & tropico Cancri vicinus eſt, definitis finibus lumine non deficit: Sed ab eo tempore, trium menſium ſpacio, tenebrarum inuolucris, non abſconditus, pernox, longè, lateq; collucet.

Rurſus verò in oppoſita anni parte, quando viceſimum octauum Scorpij gradũ occupat, donec ad viceſimum ſextum Capricorni progreſſus fuerit, non conſpicitur: hoc eſt ab vndecimo Nouembris, ad ſextum, vel ſeptimum Ianuarij prorſus occultatur: diurnæq; lucis vſum denegat.

Quo tẽpore illa ſeptentrionalis NORVEGIÆ plaga, ſole viduata, & tenebris quaſi inuoluta ſtupet, & hominibus ibi commorantibus mæſtam, inamęnamque diei faciem commonſtrat: Donec rurſus ex latebris, atque anguſtiis rediens, tanquam denuo renatus in augmenta porri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

gitur, seq; altiùs euehens mortalibus reuiuiscit.

Idem apud Pictos,& BRITANNOS contingere, AVBANVS BOHEMVS affirmat. Et Cæsaris libro quinto commentariorum belli Gallici sententia huic consonat. Qua sub BRVMA in insulis BRITANNICIS, dies triginta continuos esse noctem asserit.

Idem Tacitus in vita IVLII AGRICOLÆ comprobat: vbi in hunc modũ loquitur:

Dierum spacia vltra nostri orbis mensuram,& nox clara, & extrema Britanniæ parte breuis, vt finem, atque initium lucis exiguo discrimine internoscas.

Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorẽ, nec occidere, & exurgere, sed trãsire affirmãt: scilicet extrema,& plana terrarum humili vmbra, non erigunt tenebras, infraq; cælum, & sidera nox cadit. Videatur etiam Mela de Schytia lib. 3.

Sed hęc orationis institutę materia propria non est. Quare & vela mihi contrahenda sunt. Nam nudam hanc, & succinctam Danię descriptionem exhibere, hoc tempore instantis coronationis R. M. vo-

lui:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

lui: vt vel inde non modo noſtrates, verum etiam exteri amplitudinem Regni perſpiciant: atq; imperij Danici maieſtatem intelligãt. Cuius partium numerus, magnitudo, ac in plurimis donis diuinitus conceſſis copia, & varietas, ampliora, & maiora ſunt, quam vt preſſo hoc ſcripto, vt par eſſet, exponi queant.

Nam quoquo verſum circumſpexerimus, occurrunt ea, quorum nomine regiones laudari ſolent: & res multiplices ſe offerunt, quas meritò admiremur, optimoq; iure prædicemus.

Cæli temperies, vnà cum ſalubritate aëris nos blandè refocillat.

Volucrum ſuauiſſimus concentus recreat.

Syluarum, nemorumque varia materia oblectat.

In quibus porci innumerabiles oberrando, nunc glandibus quercinis, nunc fructibus faginis ad voluptatem ſaginantur.

Multiformes ſimulatq; animalium ſpecies, & florida prata delectant.

Terræ vbertas nutrit.

Maris affluẽtia, vt penu confertiſſimũ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

nos cum magna Europæ parte alit.
Et quo ad vitæ vsum minimè carere nequimus, natura nobis minimè inuidit.

Porro vt HERCYNIÆ saltibus, Rhenoque flumine HELVETIA gaudet.

ITALIA *intra excelsos, & inaccessos alpes delitescit: quibus non modo à* GALLIA, ET GERMANIA *diuiditur: sed & ab incursionibus tuta seruatur.*

HISPANIA Pyrænęis montibus munitur. & BOHEMIA sudetis cacuminibus cingitur:

Ita DANIÆ ocium (post Deum) Oceano Danico, & mari Balthico tribuimus.

Eiusmodi mœnibus validissimis, circumsepti, fossisq; profundissimis circumfusi, reddimur securi: & hostes sine negotio, ab aditu patriæ nostræ dulcissimę, terrentur, prohibentur, arcentur.

Atq; ita DANI, prouidentia, & beneficio Dei Zebaoth, in pacis sinu ocium gratum captantes, tranquillo imperij statu perfruuntur.

Sed cum tanti imperij moles, humanis viribus constare, & feliciter administrari sine Deo nequeat, vt quam verissimè nos docent versiculi,

Nullius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Nullius est felix conatus, & vtilis vnquã:
Consilium si non, detq; iuuetq; Deus.

Pro coronide, voto finiendũ est hoc opusculum: quo assiduis precibus deposcamus, à Deo, Opt. Max. in cuius manu omnes fines terræ omniumq; Regum corda sunt: velit pro immensa, & ineffabili sua bonitate, hunc illustrissimum principem, electum Regem nostrum clementissimum, longa ætatis periodo corroborare: Successu in studiis humanioribus, & pietatis exercitiis iuuare, sapiẽtia instruere, felicitate rerum gerendarum beare, omnibusque regiis dotibus ornare.

Quo paternis vestigiis insistens, & virtutibus maiorum inclarescens, discat pari animi moderatione imperare, subiectis parcere, bonos defendere, contumaces frænare, Deumque suarum actionum inspectorem, & iudicem statuere.

Viuat igitur princeps noster dilectus & electus.

Viuat serenissima Regina nostra, & regia posteritas.

Cõserua quęsumus benignissime Deus hanc regiam familiam, Scholarum, & Ecclesiæ sponsæ filij tui nutricem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Defende etiam proreges, & Diadematis Danici moderatores, heroes fortissimos, & iustissimos: vt eorum temperata, miti, & recta dominatione, nobis tempora verè gignantur felicia: & posteris aurea maneant secula.

Instrue totum regni senatum sanis cõsiliis; ac effice vt sit concors, & vnanimis. Dona regni nobilitatem heroicis virtutibus, pietate, iustitia, clementia, & fortitudine.

Conserua regni vtriusque statum diu incolumem, florentemq;.

Rege docentes, & discentes tuo Spiritu Sancto, vt idem & sentiant, & dicant: sitq; inter eos dulcis κοινωνία. Et collige tibi inter nos Ecclesiam triumphantem: quæ te cum Filio, & Sancto Paracleto, in regno lucis, & sempiternæ libertatis, meritis celebratura est laudibus, in omnem æternitatem,

AMEN.

EIVSDEM

EIVSDEM AVTHORIS

Libellus Carminum miſcellaneorum, res varias continens.

ICONISMVS VERVS, DIVI FRIDERICI II. DANIÆ, NORVEGIÆ, SCLAUORUM, & Gotthorum regis &c. ſanctiſſimæ memoriæ.

FIDVS *fœderibus, faciens facienda, fidelis,* E.
Frugalis, fortis, fortunatus Fridericus,
Flamine firmatus fauſto, faſceſque frequenter
Florentes firmans, ferro frænansq; furentes.
Ritè regit regnum, rixas ratione refrin- R.
gens:
Robore Romano rabidos, rumpensq; rebelles.
Regem, res, ritus, regionem, relligionem
Reſpice rex regum, regnantum regula recta.
Inclytus, illuſtris, iudex iuſtiſſimus inter I.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Ingenuos: iuuat insontes, impugnat iniquos,
Iurgia iudiciis inconuenientia iustis
Increpat, ingeminans iustum iusti Iouis instar.

D. *Donum dat doctis dignum: Dominig, docētes*
Dogmata defendit, doctrinā dummodo diuûm
Declarant dextrè: dum damnant deuia dicta.
Danorum Diadema Deus, defende deorum.

E. *Errantum errores examinat* ÆACVS:
AEquum
Exigit: excelsas & egenis extruit ædes.
Eminus excellens est exuperator, & æuo
AEdibus ætheriis effulget, & excipietur.

R. *Regali ramo resplendens regia radix,*
Reginam raram regnatricem redamando:
Rursus Reginæ reuerenter rex redamatur.
Regna refer regi rutilantia rex rogo regum.

I. *Imperat imperio ingenti, imperterritus ille*
Iustitiæ iubar ingens, indubitatus IASON.
Integer innocuos idem iubet irreprehensos.
Impiger iniustis iustaq, iracitur ira.

C. *Corde colit Christū, cui credit, cuncta caduca*
Contemnens: capiet cæli capitolia celsa
Coniuge cum chara: cum cuncti cæde cruenta
Crudeles cedant, confusi corpora circum.

V. *Vir virtute valens, validus, venerandus*
vbique
Viribus vbertim vastus: viduare volentes,
Vrbes,

Vrbes, vi vincit, vepres Vulcanus vt vrit.
Vita vbi vera venit, victor viuat, valeatq;
Surrexit similis Solomoni, sceptra secundus S.
Sincerus sumens: sanctissima semina spargens.
Saluator summæ sustentatorq; salutis
Sperantes salua, sanctorum sanctificator.

ATRATÆ, ET LVCTVOSÆ COLVMBÆ KOLDINGENSIS, GEMITUS, *ad manes Friderici II. regis Daniæ pientissimi editus: ad Christianissimum Daniæ regem* D. CHRISTIANVM IIII.

HOc rex inclyte rure, sciscitaris
Per longos quid agat Columba soles?
Implendo aëra, flebili querela,
Non cessat gemere, & dolere tristem
Porrectæ arboris astra adusq; casum
Vno præcipiti impetu ruentis.
Haud procerior arbor, hisce syluis
Creuit DANIACIS comosior nec
Cedrus visa, nec amplior Cupressus:
Quæ sic celsa comas ad æthra misit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Sub cuius latuit columba ramis,
Tutò nidificauit in roſetis,
Pullis grana legitque perpuſillis.
Natiuum decus omne, peſtilenti
Decuſſum Borea, arbori virenti.
Vites percutit imber vt nouellas,
Flos prati perit vt ſecante aratro.
Vt ſicca emoritur graui roſa auſtro:
Dira grandine lilium ve tactum.
Pallens ſic iacet arborum ſuprema:
Exſucca heu iacet aridis corollis.
Non ponit lacrymis modum Columbus:
Sed largè illacrymat ſuæ Columbæ,
Pullis conquiritantibus gemellis.
ÆGRE territa in arua fertur alis.
Errat per fructiceta vallium ima;
Hinc feſſa inſidet arborum viretis,
Fundens gutture flebiles querelas.
Enectam haud potis eſt cibus iuuare:
Nec ſomnus vigiles leuare queſtus.
Quamuis vento agitetur alnus, atq;
Quaſſentur tiliæ leues, ab euro.
Prorepat facilis vel inde ſomnus,
Iuxta murmura defluentis vndæ.
Mœrenti tamen hinc quies columbæ
Manat nulla, nihil videt, vel audit
Quod pulchrũ putat eſſe: nil venuſtum.

Vita

Vita hac dulcius est mori Columbæ.
Absumpti meditando fata regis,
Noctes, atq; dies Columba luget,
Terretur, pauet, ingemit, doletq;
Præ luctu anxia contabescit acri.
Guttæ id margine luminum cadentes:
Id fletu tumidi probant ocelli.

GENETHLIACON
ILLVSTRISSIMI
PRINCIPIS, AC DOMI-
NI, DVCIS IOHANNIS
Iunioris, Friderici II. regis
Daniæ, filij.

REGALEM *sobolem, meum celebret*
Carmen, lætificis modis: Apollo
Tecum Pierides tube venire,
Aptatum benè barbiton ferentes.
Aduentate propitiæ sorores,
Aspirate nouum melos canenti.
Natalem pueri diem euehemus,
AEternos bene laudibus per annos.
Salue fausta dies, notabilis lux,
Incunabula quæ beatiora,
Regis gnato Oriens vehis tenello:
O solatia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

O ſolatia quanta ſubminiſtras.
Matri dulce ferendo ſubleuamen,
Claro gaudia magna das parenti.
Optatamq; diu videndo amoris
Prolem dulcicolam, ſimul decoram,
HATTERSLEBIACA *reſultat vrbe,*
Plebs præ lætitia, fauente cælo.
Luctus flebilis ob diem ſupremum
Defuncti ducis optimi IOHANNIS,
Vix terſus populo madenti ab ore,
Perfauſtè exoriens nouus IOHANNES
Tantis vulneribus medetur vnus.
O pulchram ſobolem, ô beata origo,
Fines ancora ad vltimos parentum,
Regni præſidium, decusq; DANIS.
Hic cæli medium tenebit orbem,
Nectet vincula firmiora pacis.
Vt quæ arctè pepigere vota DANIS
HOLSATI, *maneant perenne fœdus.*
Tantum pro populi ſalute vtrinq;
Vibretur radians potenter enſis.
Cunctis ergò dies voceris alma
Cenſeris meritò ſacratior lux,
Albo digna notarier lapillo,
Quæ tantum patriæ paris puellum.
Hac plus purpurei virete flores:
Syluæ frondibus hac comas nouate.

Hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Hac terſas pueri canant per odas.
Hac nymphæ ſimul ore perſonabunt.
Cæli ſplendidius micent & aſtra,
Noctis ſydera clariora ſunto.
Hac nec fulmine Iupiter coruſcans,
Iratus velit eſſe, & inquietus.
Sed nato benè floſculo iuuenco.
Cælum terr.. precor ſimul fauete.

DE FELICI GVBERNATIONE, QVATVOR PROREgum Daniæ,

HEXASTICHON.

IVSTICIA è cœlo, terras demiſſa per omnes,
DANORVM ingreſſa eſt, corda verenda patrum.
Quatuor vt firmis domus ardua fulta columnis,
Inconcuſſa manet, turbine læſa nihil.
Quatuor heroum reſpublica DANICA concors,
Sic virtute manet, conſiliisq; bonis.

ODA

ODA:

AD MAGNIFICVM, OMNIBVSQVE MODIS GENEROSISSIMVM VIRVM, Dn. Nicolaum Kaas, Archicancellarium, supremumque DANIÆ proregem, omnem hanc ætatem vincentem.

SICVT sereno Lucifer emicat
Cælo, refulgens præ reliquis poli
Stellis, coruſco ſolis orbi
Proxumus in facie venuſta.
A rege ſic tu proxumus es CASI
Compar fideli Fabritio: pio
Par Regulo: æquo par Camillo,
Par Curio: Similis Catoni.
Id nemo miretur, ſeries quia
Non te parentum ignobilis edidit:
Sublimior ſtirps CASIANA
Sydere te genuit beato.
Dulcis ſolo tu gloria Danico,
Per regna Cancellarius optimus
Arctoa: fato perbenigno
Te ſibi DANIA *ſenſit ortum.*
Nam regna robuſtiſſima mutuis
Languentia armis: pacis ad otia

Attempe-

Attemperaſti: Sæua martis
Claſsica nunc benè conticeſcunt.
Prudentia extinctum eſt lacrymabile
Bellum: Leones quod rabidi duo
Geſſere, contra tres leones
Indomitos, mare perq; terras.
Largo iubas vt ſanguine ſquallidas
Turpauerint, pulchra facie ſua,
Contaminata, cæde vtrinq;
Te duce nunc lacera ora ſanant.
Normannicæ es gentis columen ſacrum,
Et patriæ ſolatiolum vnicum
Poſtquam tulerunt fata regem,
Orbis hyperborei coronam.
Te diſtrahunt curæ patriæ anxiæ,
Et ſemper alto pectore maxuma
Verſaris: & vrgeris regendo
Sollicitus ſuper orbe curis.
Hæc regna florent conſiliis tuis
Artes bonæ, legesq; vigent ſacræ,
Prudentia expendis ſumma & ima,
Omnia regis ad arbitratum.
Strages, ruinas, vulnera ciuium,
Cædes nefandas ſanguineæ manus
Auertis, & raptus pudoris
Virginei, ſtudio retundis.
Rex te ergò honorat, te proceres colunt:

Atq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Atq; optimates obsequium tibi
Præstant: & omnis clerus, aures
Arrigit, ad tua iussa pronas.
Te protegat quæso incolumem Deus:
Longaq; vita donet: vt hîc dies
Impleare contendas trisęclis
Nestoris, alipedisq; cerui.

ODA,

NOBILISSIMO, ET GENEROSISSIMO VIRO, DOMINO CHRISTIANO HOLCHIÓ, *Regi* DANORVM *à secretis, gratitudinis ergò conscripta.*

VIx quinta te, te vidit olympias
CHRISTIERNE, dum rex consiliis
suis
Te credidit magnis, beatum
Ingenij bonitate mira.
Postquam tuum excellẽs animi decus
Conspexit: & vidit faciem tuam,
Miratus insignem decorem
Corporis, ingeniiq; dotes.

Curas

Curas tibi naſcentes domini datum
Cognoſcere: & pectus candidulũ patrum
Diſquirere: vt regni ſalutem
Sollicitè ſitiant, & optent.
Regis pij ſecreta fideliter
Tractando, magnã fers miſeris opem,
Cum tot moleſtas ſupplicantum,
Aure bibas facili querelas.
Intras ſereni limina tu Iouis
Cum fulget is vultu placido, ſolet
Tum ſubditis nil denegare,
Iura petentibus, atq; iuſta.
Veſtigium prudens imitabere
SCHOVGARDII à cunctis meriti
benè:
Cuius peribit fama nunquam
Donec erit ſtabilitus orbis.
Et dum facis, quod præſtitit inclytus
HVITFELDIVS, ſemper pariter tuum
Nomen manebit: viue felix
Omnibus atq; beatus horis.

L FAMI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

FAMILIÆ NOBILISSIMÆ, ET ANTIQVISSIMÆ, SPLENDORE, CONSPICVO, TVM virtutum ornamentis, & cæleſtium rerum eximia cognitione viro præclaro, Domino Tychoni BRAHE, Domino de Knudſtrup/ ꝛc.

GENTE ſatum ſuperba
Editumq; antiquis proauis, ſidere perbenigno.
Tychiaden perenni
Laude dignum, concelebres THALIA.
Illius en ſtupenda
Mentis, & culti ingenij, illuſtria dona miror.
Cuncta elementa mundi
Noſcit, & cæli rapidi, mille tenet figuras.
Sphærica forma terræ,
Et quibus librata modis conſtabilita pendet?
Ignis & vnde manat?
Vnde nunc aër tepidus? nunc pluuioſus arcus?
Vnde tonitrua? & tam
Clamor ingens? fulgure vbi finditur æther ardens.
Deficit vnde phœbus?
Et laborat luna ſuo lumine contabeſcens.

Qua

Quæ minuatq; lunam
Causa? Quæ integrare latentem valet, atque
phœben?
Vnde venit cometes?
Tam suo motu vario, quam variaq; forma.
Tristia fata terris
Quæ minetur? peruigil idem ratiocinatur.
Singula sed referre,
Non opus: terrã penetrat Tucca, polũq; celsum,
Per geminos polares
Transit axes: scandit equos ortus, & occidentis.
Ante alios minores
Hesperus lucet velut ignes: micat vtq; Luna,
Sic caput inter omnes
Extulit musas, comes hic Vraniæ fidelis.

GENEROSISSIMO VIRO, DOMINO FRIDERICO ROSÆKRANTZIO, ROSARVM vallis domino hæreditario, & serenissimæ regiæ M. Danorum cubiculario intimo.

TErrenas dedit ipse rosas pater inclytus: ex his
Nomen & omen habes.
Sed tibi pierias musę indulsere corollas
Molliculasq; rosas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Eſt mollis roſa, mollior hyblæis tua lingua
Floribus, ac violis.
Ipſe roſæ ſertis, verno & de flore corona
Dignus es Ambroſia.
Patria noſtra roſæ beneolentis, vernet odore
Dum viget illa roſa.

VERE NOBILI, ET GENEROSO VIRO, DOMINO ENEVALDO KRVSIO, QVÆſtori regio ſummo.

AVrum nobilitare homines gẽs neſcia ſentit:
Quæritur ergò magis.
Has ſtulti mirantur opes: hæc vilia terræ
Viſcera ſuſpiciunt.
Tam ſtolidis dignum quid mentibus imprecer? aurum
Vt cumulent auidè.
Virtus nobilitare valet: doctrina coronat
Quoslibet ingenuos.
Franguntur gemmæ, perit aurũ, coccina veſtis,
Auteriturq́, breui.
AEternum virtus, atq, alma ſcientia durant,
Et pietatis amor.

Hiſce

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Hiſce ENEVALDE *tuum decoraſti ſtemma paternum:*
Nobilis eximie.
Innatum generis decus ingens: ars comitata.
Gloria maior erit.

IN INSIGNIA NOBILIS VIRI DOMINI CASPARI MARCHDANER,

Domini de Sægaard, Regiæ Koldingenſis præfecti ſummi, heroicis virtutibus, proxumè ad priſcam laudem aſpirantis.

GLANDIFERVM frangit Leo robur;
Ceruus in altum
Fertur: & in galea picta corona micat.
Quid leo? mens fortis: quid ceruus? ſecla: quid alæ?
Aſtra petit virtus, inde corona datur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

AD CLARISSIMVM VIRVM, ET PRÆSTANTISSIMVM REGIS DANIÆ medicum, Dn. Doctorem Petrum Seuerinum, Ripenſem, demiſſe colendum.

VOs *Petrum teneræ dicite Naiades*
Ripenſem: puer hic vos voluit, ſacris
Veſtris deditus: atq;
Multum charus Apollini.
Quem multæ nationes vehementius
Admirantur: & omnes redamant boni:
Danorum Decus ingens:
Et lumen patriæ ſuæ.
Phœbi pœoniis artibus inclytis,
Ornatus variis muneribus Dei,
Languentes quibus artus
Ad vires reuocat ſuas.
Seu ſint amphimerinæ patientium
Febres, ſeu titubant: vel redeunt die
Quarta: febriculoſos
Omnes perfacilè iuuat.
En multas animas, faucibus inferis
Ceu dextra, ſtigiis traxerat ex aquis:

In lu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

In lucem reuocatos:
Certo lumine vidimus.

Excellēs fuerat CHARMVS *his artibus,*
Nec non Hypocrates temporibus ſuis:
Præſtans atq; MACHAON
Vixit, cum Podalirio.
Noſtris temporibus Daniadum decus,
Hic Petrus viget: ah ſemper is in bonum
Vitam protrahat æuum:
Danorum decus inclytum.

IN NATALEM DIEM, CLARISSIMI VIRI, DOMINI DOCTORIS NICOLAI *Hemmingij, Theologi Excellentiſſimi, de ſcholis & Eccleſia filii Dei optimè meriti, Præceptoris ſui reuerendiſſimi.*

MVSÆ DANICÆ fauete nobis
HEMMINGI celebrem, diemque feſtum,
Omnes concelebrabimus per annos.
Digna eſt hæc genio dies perenni:
Et longum memoranda poſteris Lux,
Qua natus puer eſt Deo ſacratus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Quem mox Calliope ſinu recepit,
Miris fouit & artibus Mineruæ.
Quem lingua triplici beauit: vt ſunt
Sancta, doctiloqua, ſimul latina.
Lis eſt de patria viri deſerti,
Et contentio de loco mouetur.
DANVM Dania iactat eſſe fortis:
Sed Germania vellet hunc alumnum.
Aſt parua inſula, ſoluit omne bellum:
Quam dixere Lalandiam priores.
Primùm hãc corpore preſſit: aëremq;
Vitalem hauſit, & educatus eſt hîc.
Hîc audiuimus ore vagientem:
Hîc nutricula fouit hunc mamillis.
Felix tu natio LALANDIORVM
DANIS eximium decus miniſtrans.
Omnes quippe LALANDIÆ nepotes
Claris artibus, ecce vicit omnes.
Cui cedet facilè ENNIVS vetuſtus,
Antiqui pariter furor Lucreti.
Cedet muſa MARONIS, atq; Homeri
Cedet, corpora qui figurat arte.
Hæc auferte procul venuſta ſcripta:
Seu ſint carmina Græca, ſeu Latina,
Quamuis doctiloquis probata linguis.
Hinc, hinc ſomnia tanta, cum pudore,
Non vos amplius audiam canentes

Nugas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Nugas fictitias, leuesq; cauſas.
En me detinet altior magiſter
Et facundior, & magis diſertus.
Quo viuo, viget inclytus LVTHERVS:
Et quo ſoſpite ſaluus eſt MELANTHON.
Queis nec ſecula compares dedere:
Longæui ſimiles dabunt nec anni.
Ergò Daniacæ fauete muſæ,
HEMMINGI celebrem diemq; feſtum
Omnes concelebrabimus per annos.

IN AMORES ORNATISSIMI, ET DOCTISSIMI VIRI, M. PETRI HEGELVNDI, Paſtoris primarij, & Canonici Ripenſium digniſſimi: & Honeſtiſſimæ virginis, MARGARETÆ GEORGII, F. &c.

ATTRAXIT *cultam ſibi gemmam Petra,*
ſequentem
Se: ferrum vt magnes attrahit, & ſequitur.
Miror cum gemmis quæ ſint commercia Petris,
Gemmæ ſunt graciles, ſed Petra dura nimis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Margaris albenti geſtatur pollice: mille
Dum neglecta iacent ſaxa per omne nemus.
Margaris à quouis magni fit candida, vt aurũ:
Saxa iacent patulis plurima trita viis.
Quorſum igitur Petræ ? fruſtra Deus haſné creauit ?
Abſit : ineſt petris vtile namq; ſuum.
Et petra fundamen domus eſt, & limes agrorũ,
Et telum innocuis petra proiecta viris.
Qua ſine non benè ſtat domus, & violantur agrorum
Fines: & tuto viuere nemo poteſt.
Pondera quare humeris ſubeas domus ardua Petræ:
Sub tecto vt niteat Margaris *alma tuo.*
Tum nemo audebit fines reſcindere pratis
Vicini & metas nemo pererret agri.
Tum procul arcetur vis, damnum, iniuria cedant,
Margarin & ſolus Petrus habebit ouans.

AD

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

AD VENERANDVM, ET EXIMIE DOCTVM VIRVM, Dn. STEPHANVM VIRSTENSEM, *prouinciæ Anatinæ præpositum dignissimum: de felici suæ coniugis partu.*

MILITANS coniunx dubię sub vmbra
Mortis, & nixu grauiore lassa:
Est Dei viui auxilio soluta
Carcere duro.

Fausti or lux illa mihi reluxit:
Digna signari niueo lapillo,
Qua casam LVCINA meam beauit
Prole nouella.

Vix equos aurora suos ab ortu,
Has Calendas ante Nouembris egit.
Luce sexta, virgo tenella nata est
Sospite costa.

Hac Deus nos lætitia refecit:
Et propinquos exhilarauit omnes:
Vnde per Gamstæa resultat arua
Quisq; colonus.

Gaudiorum participes amicos
Esse sinceros cupimus libenter

Quæso

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Quæso te, ne me patiaris ergò
Scribere fruſtrà.
Sed veni curru properante vectus
Cum tori conſorte pia iugalis:
Vt diem lætum peragamus vnà
Frater amande.

C. ERASMI MICHAELII LÆTI, DANIÆ COMMENDATIO. LIB. XI. DE rebus Danicis.

SALVE *terra tuis ampliſſima fructibus: vna*
Europæ cunctis, quæ proſis Dania: ſi te
Noueris, & patrio poſſis tibi plaudere lucro.
Nõ auro ſuperas, Vngarria vt ampla, nec vuis
Præla ſecunda moues, velut Italæ regna, nec iſtis
In ripis gemmas conchiliag; aſpera prendis:
Indica quo proſtant, ceu fama eſt, littora: ſed te
Ex alio natura gradu ſic læta beauit:
Vt ſuperes auro, Bacchig; liquoribus amplos
Impleris Cyathos, gemmiſque & murice vincas.
Id tibi diues ager, pecus, & fæcunda per vndas
Piſcatura, ſitus, commercia, littora, portus,
Gensq;

Gensq; humana, boni tribuit quo munere cum nunc
Excellas, equidem externos trãsmittis in vsus
Quod supereſt: propriis cum ſis in lucra colonis
Et ſatis, & plena verſes tua commoda lance.
O vtinam tibi turgentes det meſsis ariſtas:
Fœturamq; pales ſemper duplicaueris: vndas
Sic cumulet Neptunus, vt omni in gurgite ſemper
Piſcis eat, prædaq; grauent tibi retia dextras.
Cætera ſic hominum ſolertia mouerit: vt nec
Vtilibus deſit, nec inutile cura ſequatur.
Tum precio tibi ſint dulces ante omnia muſæ:
Sit cordi pietas, ſit virtus grata, tuoq;
Sic regi placeas: patriæ vt pater eſſe tyrannus
Poſsit: & è victo lætos agat hoſte triumphos.

IN COMMENTARIOLVM CLARISSIMI VIRI Dn. M. IONÆ KOLDINGENSIS *de rebus Danicis.*

LAvs quidẽ regni mediocris haud eſt,
Maximos reges habuiſſe: Longa

Stirpe

Stirpe diductos, proceresq; multos
Marte potentes.
Plurimas vrbes numerare posse:
Turribus, fossis madidisq; cinctas:
Fertiles agros, & amæna prata
Diuite messe.
Hisce donis DANIA ter beata,
Cui nihil natura negauit alma:
Hos tamen soli sibi non honores
Vendicat illa.
Nam grauis GALLVS, simul atq; SCOTVS,
PARTHVS, HISPANVS ferus & BRITANNVS
Talibus possunt quoq; gloriari
Voce superba.
Sed Dei verbum boreale regnum,
Quod fide inuicta tuearis: vsum
Fontis & cænæ Domini reserues
Laus tua sola est.
Mater vndarum tibi fossa firma,
Muniens Cimbros vbi mergitur sol,
BALTHICVM SALSVM reliquos colonos
Ambit ad ortum.
Hostium classes scopuli marini,
Fictiles muri vt reprimunt superbas:
Omnibus Syrtes meliusq; vallant
Turribus altis.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Quæ boum tecum numero ferorum?
Piſcium? vel præcipitum ferarum?
Terra conferri poterit ſub arcto
Dania dulcis.
Ergò laudandus labor eſt IONÆ,
Qui ſuæ laudes patriæ recenſet:
Vt loco gratus reputetur ipſi,
Qui dedit ortum.

STEPHANVS SEVERINI
VVIRSTENSIS, F.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2848 8° (LN 1005 A-trykket 8° copy 2)